rū a decūbo. i. iaceo incubie ſunt īfirmitates ab incubare. i. egrotare. Ex
cubie ſunt vigilie diurne licet vigilie ſint magis nocturne. Jtē Equilie
mōs maximꝰ rome ſiue potiꝰ duo mōtes ſil' iuncti vbi macellū erat di-
cte q2 ibi excubie regis eēnt vn̄ ⁊. Exq̄lie vicus rhome dictꝰ ē. Jn̄ diciť
porta exquilina ⁊ vicꝰ exq̄linꝰ. Jtē Suppetie a peto dicūtur ſubſidia ⁊
apud hiſtoricos raro hʒ caſuʒ q̄ʒ accm̄. Jtē Repetūdaꝝ ꝓprie nullum
aliū hʒ caſuʒ q̄ʒ gtūm a repeto ⁊ de pecūijs ⁊ de repetūdis pecūijs nā cū di
co repetūdaꝝ ſubīntelligo pecuniaꝝ q̄ noīe q̄ diutiꝰ cōſtāt cōtinenť. Jtē
latebre a lateo in q̇bꝰ hoīes latent latibula in q̇bꝰ beſtie latēt. Tn̄ late-
bre plerūq3 de feris dicunť licet latibula nūq̄ʒ de hoībꝰ Jtē Phalere por
ta fuit duoꝝ miliū paſſuū muro athenis adiūcta. Jteʒ viete virge ſunt
molles ⁊ flexibiles a viere antiq̄ ꝟbo qđ vicere ꝟcat. Jtē Thebe venetie
piſe. Athene ſcebe zene ⁊ hmōi noīa ſunt ciuitatū. Jtē Exuuie nō ſoluʒ
hoīm ſed etiā alioꝝ aīaliū ſpolia Uirgilius de ſerpēte. Cōpoſitis nouis
exuuijs nitiduſq3 iuuēta voluiť. Huiꝰ cōtrariū ē induuie ab induendo
dicte Jtē Exeq̄e ſunt dū cadauer efferť poſtq̄ʒ ſepultū reliq̄e. Sed infe
rie ſacra mortuoꝝ' parētalia ſacra mortuoꝝ eadē dicūtur iuſta. Jtē Jn-
ficie ab inficior ꝟſakinghe vt Joāns iuit īficias ⁊ ſolū repiť in accō plu
rali. Jtē facetie a facio q̄ ꝟbis facte., Jtē decie ꝑt portiōem vnā ex decē ꝓ
q̄ etiā diciť decia Jtē nōdine dicūtur a die q̄ſi nouēdine. Jta em̄ nōdine
a rhomanis inſtitute ſunt vt octo q̇dē diebꝰ in agris ruſtici opꝰ facerēt
nono aūt die intermiſſo rure ad mercatū legeſq3 accipiēdas rhomā veni
rent ⁊ hʒ in ſingulari nōdinu. Quintilianꝰ ciue nō trino forte nōdino
ꝑmulgata Jtē iducie a die dicte ſunt pax caſtrēſis paucoꝝ dieꝝ ſm̄ var
ronē l' ſunt belli ferie. Jtē ferie dicte ab epulis ferēdis in īs ei epula fie-
bāt ex porcoꝝ frugūq3 ꝑmouētibꝰ Et a ferijs dies feſti dicti ſunt feria-
ti in q̇bꝰ ferie celebranť Jtē. Argutie ſunt acute l' malicioſe dicta l' facta
ab arguo. Jtē nuge dicūtur ꝟba inutilia leuia ridicula vn̄ ⁊ ꝓ rebꝰ inu-
tilibꝰ vſurpamꝰ Jtē. Expēſe dicūtur ſumptꝰ ab expēdere hoc ē expene
re Jtē none dicte q̄ſi noue initiū obſeruatōis l' ꝙ ab eo die ad Jdꝰ ſꝑ no
nē dies cōputanť. Habēt aūt nonas ſex: mēſes q̄ttuor. Martiꝰ maiꝰ
Juliꝰ ⁊ October Reliq̄ mēſes q̄ttuor tm̄. Jdꝰ aūt ſinguli q̇q3 menſes
habēt octo qđ nomē ſumptū ē a thuſcis q̇ dicūt nonas fiduciā ſignifi-
care q2 diciť dies itis. Alij dicūt a vidēdo idꝰ dictū q2 tunc luna plena
videtur q2 idꝰ ſꝑ in plenilunio hoc ē in medio menſis fieri ſolet. Jtem
Calēde ꝑmus oīm mēſium dies diciť, ⁊ greci carēt calēdis q̄re factū ꝑ-

Uerbiū ad Calēdas grecas cū aliq̇d nūq̄ꝫ futuꝝ volumꝰ ꝟcare Un̄ No
ta. Oēs dies poſt idꝰ dicūtur kalēde reſpectu mēſis ſequētis. Itē Phi
lure folia dicunt̄ libroꝝ greco vocabulo Itē p̄mitie dicunt̄ p̄mi fructus
Itē. Iſagoge pⁱcipiū eruditiōis ſiue introductorie dicunt̄ vt Iſagoge
porphiriȷ̄ hoc ē introductoria ī dialectices pⁱcipia Itē. Quiſq̄lie ſunt
purgamēta terrarū ⁊ quicquid ex arboribꝰ herbis floribꝰ minuti cadit
Sꝫ q̇ſquiliū exiguū fruticē ilicis ꝓducētē coccū qđ granū ē ad tingē-
dū veſtes gratiſſimū Itē lauticie a lautꝰ cibaria delicata Itē Blādicie
a blandior ꝟba q̇bꝰ blandimur. Spōſalia dies q̄ puella ꝓmittit̄ ſpōſo
Itē. Menia ſunt pinne muroꝝ ⁊ capit̄ ꝓ muris. Ouidiꝰ mēnia q̄ tm̄
potuiſtis ferre poetā Quātulacūq̄ꝫ eſtis vos ego magna voco Itē. Ilia
dicunt̄ lactes ī oue ⁊ hoīe ꝑ q̄s labit̄ cibꝰ q̄ in ceteris aīalibꝰ dicunt̄ Ilia
hoc ē captiora īteſtina ad alimētū ⁊ dicit̄ ab inuoluēdo Sꝫ. Iliū regia
fuit p̄ami de q̄ ſuperiꝰ ab hoc opꝰ Homeri dicit̄ Iliada Itē. Mille ad
iectiuū ē a q̄ ſubſtātm̄ plīs numeri milia q̄ſi plures millenarios copu-
lās Itē. Uirilia dn̄r mēbra viroꝝ Sicut muliebria ſignat mlīebrē na
turā ⁊ ponit̄ ꝓ menſtris aliq̄n ꝓ libidine Quintilianꝰ Nobilis adole
ſcēs a centuriōe muliebria paſſus Itē Genitalia mēbra in q̇bꝰ cōſiſtit
vis generādi vt ſunt pudibūda tā in viris q̄ꝫ mulieribus Sꝫ genitura
ſemē hoīs Genitiuꝰ qđ vim generādi hꝫ Sꝫ genitalis hoc eſt natalis
vt genitalis dies. Itē. Sādalia dicūtur calciamēta Sed ſādaliuꝫ dr̄
effigies ſolee dee. Itē Fūebria plāctꝰ funeꝝ dicunt̄ Sꝫ funeralia q̇cq̇d
ad fumꝰ ꝑtinet vt patuit. Itē magnalia dicunt̄ res magne p̄ncipū ma
galia ligua penoꝝ ſt̄ villas hoc ē ruſticoꝝ domos q̄r magar villa ē Sꝫ
mapalia eadē penoꝝ lingua dicūtur agreſtes caſe ⁊ furnoꝝ ſil'es appel-
lātur Uirgiliꝰ Et raris habitata mapalia tectis Itē laq̄aria ſunt con
iūctiōes, trabiuꝫ Itē Palearia ſūt pili depēdētes ī collis equoꝝ boū̄
vł leonū Itē femuralia ſunt q̇bꝰ pudēde ꝑtes corꝑis tegūtur dicta a fe
more Itē Colūbaria foramina colūbaꝝ Itē. Saturnalia dies ſaturno
feſtꝰ vulcanalia dies vulcani feſtꝰ Sic. Bacchanalia dies. Bacchi fe-
ſtus pr̄is: Floralia dies feſtꝰ flore dee Itē dextralia q̄ a dextris ſunt apta
Itē Regalia ſunt inſignia regis vt regalia exta q̄ potētibꝰ imꝑiū pol
licebant̄. Itē Ceremonialia actꝰ q̄ fiūt in. Ceremoniȷs hoc ē officiȷs di
uinis Itē vitalia ſunt vene ſpūs vitalis. Itē. Poſteri q̇ mox aliquē ſe-
quūtur vł in q̄drupedibꝰ q̇ poſt p̄mos ſunt Itē Superos a ſuꝑ celeſtes
dicimꝰ deos Sicut inferos infernos deos. Itē Ceteri reliqui dicuntur
Itē Exteri ab extra ⁊ Interi ab intra. Itē liberi filiȷ dicūtur ⁊ nepotes
⁊ ꝓnepotes. Itē fori dicūtur ſpectacula equitū vt patuit Itē. Codicilli
vel codicillꝰ ꝓprie epiſtolā ſt a codice Itē Cancelli ſunt feneſtre ferree
ꝑ quas digiti extendunt̄ teu .tralien. Tamē Cancellare id eſt digitos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

conplicare vt vna faba videtur due ſub digitis cancellatis. Itez faſti dicuntur dies quibus licebat pretori tria verba loqui vt patuit de compoſitis a fas Item. Pilumni qui pilum in piſtrinis inuenerunt Item Piſones a pinſendo dicti. Item Fabij: lentuli Cicerones ſed fabij familia fabiorum nobilium romanorum a faba Itez Gabij familia gabiorꝫ rhomanorum, Item delphi ciuitas eſt vel oppidani ciuitatis in qua tēplum erat appollinis Item lentuli a lente Columnelli a columna Itē Gemini vel gemelli duo ſimul nati Item Pleriqꝫ multi dicuntur Itē Singuli dicit quamlibet rem per ſe vt ſinguli dederunt ſingulos denarios hoc eſt vnuſquiſqꝫ dedit vnum denarium. Item. Bini terni quaterni ſunt nomina numeri diſtributiui ſiue dipartitiui ⁊ in hoc numero ſinguli capitur ad minus pro duobꝰ: bini pro quattuor terni pro ſex ⁊ ſic de ſingulis niſi capiantur inproprie pro ſuis primatiuis, Sequitur de heteroclitis Caſu.

De heteroclitis caſu q̄ ſunt q̄dru.

¶ Quedam carent ſolo vocatiuo Quedam carent ntō ⁊ vocatiuo.
¶ Quedam carent omnibus caſibus. Quedam carent omnibus preter quā ablatiuo.

De carentibus vtō.

**Que querunt aut diſtribuunt referūtqꝫ negātqꝫ**
**Infinita quoqꝫ caſu caruere vocante**
**Diſtribuit ſi vim tribuas ⁊ colligit omnis**
**Colligit in proprie poſitum non diſtribuendo**
**Quattuor exceptis pronomina nulla vocabis.**
**Tu meus ⁊ noſter noſtras habuere vocantes**

Hec carent vocatiuo:

- Primo Nomina queſitiua et ſunt nouem. vt quis qualis quantus cuius cuias quotus quot talis alter ⁊ alius
- Secundo noīa diſtributiā .i. ſigna vniuerſalia ⁊ particl'aria vt quilibet quiſqꝫ vterqꝫ alter omnis ſed quando capitur collectiue hꝫ vtm̄ oīs.
- Tercio nomina ⁊ pronomina relatiua vt q̇ ſuꝰ ipſe is ſui.
- Quarto nomina negatiua vt nullꝰ nemo neuť
- Quinto noīa infinita vt q̇cūqꝫ q̄liſcūqꝫ non hō
- Sexto hec quinqꝫ nullus vter vllus alter aliꝰ quia ſolus totus ⁊ vnus habēt vocatiuum.
- Septimo omnia pronomina preter quattuor vt tu meus noſter ⁊ noſtras



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

Circa voca
bula

¶ Item Quis q̄ qđ ⁊ quid aliqñ interrogatiue ponunt̃ Marcial'. nā
tantos rogo quis ferat̃ labores. Apuleius. Quis nā hic nouꝰ ē hoſpes
Belliꝰ. Que nā malū eſt ita intēpies. Plautꝰ. Qđ facinus admiſi tā
tū. Idē. Quid ad illas artes optes: ſi optio adueniat tibi. Aliqñ capi
untur infinite. Plinius. Tū mihi neſcio q̇d in aurē inſuſurrauit. Idez
Morbus neſcio q̇ ante eā etatē incognitus noſtris. Cicero. Cum p̄ce
pta neſcio q̄ diſcipulis ſuis palā tradidiſſet. Plautꝰ. Nec mihi qđ fa
cinus inſcirē inueni Idē Quis poſt ſi valet aliq̇s. Cicero. Si q̇s ve
ſtrū eſt q̇ forte miret̃. Tñ que raro ꝑ aliqua repit̃ in ntō preterq̄ʒ apud
vetuſtiſſimos. Tullius. Si q ſunt in hac re difficultates. Quia in ſin
gulari q̄ ꝑ aliq̄ dicimꝰ. Marcialis. Si q̄ fides veri p̄ferri maxīe ceſar.
Tēporibꝰ pn̄t ſecula nulla tuis. Itē Quis ⁊ q̇d nunq̄ʒ relatiue ponun
tur. ſed qui q̄ qđ frequētiſſime referūt antecedēs. qꝛ quod eſt adiectiuū
Quid vero ſubſtātiuū: Itē qui q̇d aduerbialit' capit̃. vt Cicero. Qui fi
eri poterat. vt eiꝰ dolore nō egeret: Itē a q̇ dicit̃ quuius a vm ⁊ quuias
q̄ olim ſcribebant̃ ꝑ q. nūc cōmuniter ꝑ c. Et differūt ſic. qꝛ cuiꝰ ad pſo
nā hoīs refert̃. Virgilius. Dic mihi dameta cuiū pecus an melibei. Cu
ias ſꝫo. ſcat vnde. Cicero. Socrates quidē cū rogaret cuiatē ſe eſſe dice
ret mundanū inq̇t. Veteres ꝑ cuias cuiatis dixerūt. Actiꝰ Qui neq̄ʒ
cuiatis eſſet nūq̄ʒ potuimꝰ multa rogātes ſcire. Itē Qualis a quo qđ
ṗmo relatiuū ē. vt talis pꝛ qualis filiꝰ. Scđo capit̃ infinite. vt neſcio
q̄lis ſit iſta iactantia. Tertio interrogatiue vt q̄le ei reſponſum dediſti:
Hinc q̄litas q̄ eſt ſm̄ quaʒ quales eē dicimur. Et aduerbiū qualit'. Itē
Quantꝰ ṗmo capit̃ relatiue. ſcđo interrogatiue. tercio infinite ⁊ refert̃
ad numerū ⁊ ad pondꝰ, ⁊ mēſurā. hinc aliquātū qđ eſt nomē ⁊ aduerbi
um. vt aliquantū ociꝫ aliquātū ocioſus qđ ⁊ aliquātiſꝑ dicit̃ hinc q̄n
tulus ⁊ quātillus. i. q̄ʒ exiguꝰ. Quātiſꝑ hoc eſt quāto tp̄e. Sicut tan
tiſꝑ tāto tp̄e. Itē Quotus q̄rit de ordine. vt quotꝰ fuit ordine. Etiaʒ
de numero. vt quota iā hora. Item talis refert̃ ad quale. Itē tantus tā
ta tm̄ nomē eſt ſignificās quātitatē ⁊ capit̃ primo demōſtratiue. Plau
tus. Et tantū quantū potui. Scđo relatiue. Virgi. Tante molis erat
rhomanā cōdere gentē. hinc tm̄ aduerbiū qđ ſignificat adeo vel ſolū q̇d
tantūmō dr̄. hinc tantulus ⁊ tātillus hoc ē ꝑexiguꝰ. Tantundē q̄ſi tm̄
idē de quo tādē. Itē Alter ꝓprie refert̃ ad vnū de duobꝰ vt hanibal in
tranſitu alpiū amiſit alteꝝ oculū . Siue capit̃ ad vnā duaꝝ partium.
Virgilius. Aurea mala decē miſi cras altera mittā. Aliqñ capit̃ ꝑ ſe
cūdo ex duobꝰ pluribuſue. vt hic ē alter annꝰ belli punici hoc ē ſcđs a bel
li origine. Aliqñ ꝑ duo vt vnꝰ aut alter hoc ē vnꝰ aut duo. ponit̃ tñ fre
quenter ꝑ alio hoc ē ꝑ pluribꝰ. Pliniꝰ. Tabulas plures pinxit e qui
bus vnā in foro alterā in comitijs duas in Pompeij porticibꝰ videmꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

Item Alius aliqñ capit̃ ꝑ diuerſus vt alia ē facies eius a mea Itē Al
terut̃ dicit̃. quis ex duobꝰ alteriꝰ hoc eſt viciſſim qd alternatim a q̇buſ
dā dicit̃ hoc. ē ꝑ vices Uter q̇s vnꝰ ex duobꝰ Et ponit̃ interrogatiue vt
vter vr̃m hoc fecit ſcd'o infinite vt neſcio vter vr̃m hoc fecit Et elegant̃
dicit̃ vter alteꝝ Plinius vter alteri dixit neſcio Sil'r vter vtrū Cicero
vter vtri iſidias fecerit Itē differunt̃ vterqꝫ ⁊ ābo q2 vterqꝫ dicit̃ de duo
bus diuiſim vt vterqꝫ edificauit domū hoc ē hic edificauit ſibi domū ⁊
ille ſibi aliā Sed ambo de duobꝰ cōiunctim vt. Ambo edificauerūt ſibi
domū hoc ē ille ⁊ hic vnā domū edificauerūt. Quare recte dicimꝰ vtrū-
qꝫ alteꝝ verberaſſe hoc ē hūc illū ⁊ illū hūc verberaſſe. Sꝫ nō recte am-
bos alteꝝ aut ābos ꝟberaſſe ambos dicimꝰ Sꝫ ambo ſe mutuo ꝟberaue
rūt recte dicit̃ Itē Uterut̃ nō dicit̃ vterqꝫ ſed alter ex duobꝰ hoc ē vter
quē tibi capere libet Itē vllꝰ dicit̃ q̄ſi vnꝰ aliq̇s. Sꝫ differt ab aliq̇s q2
vllꝰ ꝓ nūqꝫ ponit̃ neqꝫ ei licꝫ dicere vllꝰ hō currit ſicut aliq̇s hō currit
Sed ſꝑ ponit̃ vel negatiue vt eſt ne vllꝰ q̇ me vocet vl' ſubiunctiue vt ſi
vllus me vocabit ſtati adeo huic vllꝰ q̄ſi non aliq̇s cuiꝰ ꝯcatiōis ē nemo
q̄re vt placet. Perotto. Seruius male ſumpſit ꝓ nullo hoīe naꝫ ſi ita
eſſet vt Seruiꝰ dicit nō adiūgeret̃ ei hō vt ſepe fit Cicero vtrū aūt ſcit
meliꝰ dij imortales ſciūt hoīem q̇d ē ſcire arbitior neminē. Itē neutruꝫ
cōtrariū ē vtriqꝫ. Et Nota dicimꝰ neuter alterū ſꝑ nō aūt neuter neu-
trū Sicut vterqꝫ vtrūqꝫ nā ſi ita dicamꝰ neut̃ alteꝝ diligit hoc ꝯcamꝰ
neqꝫ ille hūc neqꝫ hic illū diligit Q.ꝺ ſi neut̃ neutꝝ dixerimꝰ ꝯcaremꝰ ne
ſe q̇d ē ipm vtrūqꝫ diligere Itē oīs diſtributiua dictio ē Et differt a to-
to q2 oīs ad numeꝝ refert̃: totꝰ ad quātitatē vt tota domꝰ totū corpus
i. integrum Omne de vniuerſis numero diſtinctis vt omnis grex. ⁊c̄.

**De nece deqꝫ prece dic ꝙ rectis caruere** **De carenti bus ntō ⁊ vocatiuo**
**Primis: atqꝫ dapē ſocia vice iungis eiſdem**
**Vis vim viqꝫ dabit totum plurale tenebit**
**Plus neutrale facit nec dat primo niſi pluris**
**Caſum plurale dat quemlibet ⁊ genus omne**

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Necis | neci | necem | nece | Uñ fruges opeſqꝫ dapis |
| Precis | preci | precem | prece | declinant̃ ſine rectis |
| Dapis | dapi | dapem | dape | primis atqꝫ precis foris |
| Uicis | vici | vicem | vice | ⁊ vicis ⁊ necis addes. |
| Frugis | frugi | frugē | fruge | |
| Uis | vi | vim | vi | |
| Foris | fori | forem | fore | |

¶ Itē nex a necare ē mors violēta ⁊ ſm artē hꝫ oēs caſus ſm Priſcia- **Circa voca bula**
nū: ſil'r cetera noīa iā dicta Tulliꝰ Tiberiū rēpublicā adminiſtrātē ꝓhibu

ſt īndigna necis diuturne in ea cōmorari. Itē Preces a pcor ē pcatio ſʒ pcariū qd vt vlpian⁹ inq̇t ē id qd pcib⁹ petētis vtendū cōcedit̄ tādui q̄ʒdiu is q̇ cōceſſit patit̄ Et differt a donatiōe eo q̇ donat ſic dat vt recipiat q̇ pcario cōcedit ſic dat q̄ſi tūc receptur⁹ cū libi libuerit pcariū ſoluere Itē dapes nō ſunt dūtaxat deoꝝ epule aut nr̄e in deoꝝ ſacrificijs ſʒ etiā largiores ⁊ opipari apparat⁹ Jn̄ dapalis vt dapalis cena q̄ diuerſis ⁊ amplis dapib⁹ cōſtat Itē vices a vi dicte qd nomē veteres ꝓ pinguis vſurpabāt Etiā ꝓ penis eo ꝙ vi fiāt Horati⁹ viceſqʒ ſupbe te maneat ipm Et q꞉ ꝑ viciſſitudinē pugnari ſolet factū ē vt vices ꝓ alternatiōe capiam⁹ Jn̄ viciſſim aduerbiū qd ꝓprie fit ꝑ vices vt viciſſim incūbūt oneri Capit̄ tn̄ aliqn̄ ꝓ ſcd̄o loco ſiue e diuerſo Itē viciſſatim eiuſdē fcatiōis veteres ꝓ viciſſitudine viciſſitatē dixere vicari⁹ q̇ vicē alicui⁹ gerit muicē ꝓ ſcd̄o loco ponit̄ Itē frux veteres ꝓ fruge dixerūt varro frux legumē triticū a q̄ frugi indeclinabile ⁊ ſunt hoīes q̇ oī re aī motib⁹ moderant̄. ijdē etiā frugales dicunt̄ Et frugalitas q̄ mot⁹ aī appetētes regit Et frugalit̄ aduerbiū hoc ē tꝑate Itē Uis nomē decliabile ꝑ oēs caſus mō ꝟtutē fit. Uirgili⁹ multa vi muniet albā mō poſſibilitatē Idē nō ea vis oīa neqʒ tāta ſupbia victis: aliqn̄ violentiā Idē. Que vis in manib⁹ applicat oris Jn̄ violo .i. corrūpo: cōtāno polluo ⁊ q̄ſi vi infero qd ꝓprie de ꝟgine dicit̄ A q̇ inuiolat⁹ Et violent⁹: violent̄: violētia Itē foris habet fores in plurali de quo patuit prius.

De hn̄tibus ſolum ablatm̄ in ſingulari

**Obliquum de ſe non format fors niſi forte**
**Tabes declino nec dat tabi niſi tabo**

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ut | Fors | forte | |
| | Spons | ſponte | |
| | Tabi | tabo | ſed tabes ꝑ oēs caſus i ſingl̄i |

¶ Itē mactus a vm hʒ ſolū macte in vtō ⁊ ponit̄ ꝑ modū excitationis Hieronim⁹ Macte virtute puer. Et ē mact⁹ gracia plen⁹. vl̄ magis auctus teſte feſto Jn̄ macte aduerbiū qd iūgit̄ gtiō ⁊ ablatiuo marcial̄ macte aī quin rar⁹ hʒ morūqʒ tuoꝝ l̄ macte noua ꝟtute h̄ ē magis aucte

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ut | Grate | in plurali grates | |
| | Celite | celites | Hec oīa ſecundū artem |
| | Uiſcere | viſcera hn̄t nominatiuū ꝑter grate | |
| | Uepre | vepres | |

Circa vocabula

¶ Itē fors ē fortūa ⁊ euent⁹ fortūe bon⁹ Itē Spōte aliq̇ dicūt aduerbiū ꝓ eo ꝙ naturalit̄ ē vt arbores creſcūt ſpōte. Alij dicūt nomen ⁊ addūt ei adiectiuū fēi gn̄is vt ſua ſpōte Itē. Tabes morb⁹ ē cui⁹ tres ſunt ſpecies vna q̄ corp⁹ nō alit̄ ⁊ ita ſumma orit̄ Maties. Alia q̄ʒ greci nomināt Chathexian vbi mal⁹ corpis habit⁹ ē ideoqʒ oīa alimēta corrumpunt̄ Tercia ē Phithiſis q̄ orit̄ a capite Jn̄ i pulmōeʒ diſtillat hic exulceacio accedit frequēs tuſſis ē pus excreat̄ h̄ ē cruētū qd ꝓpe tabo fit q꞉

ē ſanguis corruptꝰ Uirgi. Et terrā Tabo maculāt Itē a tabe tabidꝰ .i. putridꝰ ⁊ q̄ tabē patit̄ Tabificꝰ q̄ aliū tabefacit Itē gr̄a ꝓ bn̄ficio acci pit̄ a q̄ gratioſus ſm̄ Aulū Geliū q̄ adhibꝫ gr̄as ⁊ q̄ admittit. Etiā gr̄a capit̄ ꝓ pena ſiue dāno Cicero ꝓ iīuria tā graui pare gr̄aꝫ referret nōnū q̄ꝫ capit̄ ꝓ cauſa Terētiꝰ Et ea me reſtitiſſe hic gr̄a. Itē agē gr̄as ē v̄bo oſtēdē nos mīores eē accepti bn̄ficiȷ̄. Habē gr̄as ē animū ⁊ mētē gratā habē ⁊ iuicē gratificādi volūtatē Referre gr̄aꝫ ē facto bn̄ficiū aut iiuriā acceptā cōpenſare. Un̄ nō ꝙ habē gr̄am ⁊ gr̄as dicimꝰ Agē gr̄as ⁊ nō gr̄aꝫ: referre gr̄am ⁊ nō gr̄as nec vnq̄ꝫ fere probatiſſimi auctores alit̄ lo quunt̄ Sꝫ agē grates ⁊ ꝑſoluē grates dicimꝰ ſꝫ apd̄ poetas dūtaxat at q̄ꝫ hiſtoricos atq̄ꝫ theologos. Uirgiliꝰ grates ꝑſoluē dignas nō opis ē nr̄e Dido ꝑ raro aūt apud oratores Cicero aliqn̄ poſt ſuſpexit ad celuꝫ ⁊ grates tibi inq̄t ſumme ſol Inde gratulor ⁊ ꝓ eodē grator apud poetas Itē Celeres ſunt victores in ſacris ſil'r q̄ bigis aut quadrigis viciſſent eq̄ deſultoriȷ̄ Etiā ſunt ſancti Itē. Uiſcꝰ ꝓprie dicit̄ q̄cquid ſub corio ē Un̄ ⁊ cor viſcꝰ appellat̄ ⁊ viſcera nudāt Uirgiliꝰ ſed hic viſcꝰ ci vl' hoc viſcū vogelly ē etiā maſ. Itē vepes ſpina dicit̄ eo ꝙ frequent' ꝑ̄hendat cuius diminitium veprecula ⁊ feminini generis ſed teſte probo

De carentibus caſibus in pl'i.

**Tres in plurali caſus os oris omittit**
**Aes far ius thus rus illi ſociare ſolemus.**

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | Aes | thus | mel | | |
| Ut | Far, | rus | hordeū | | ſm̄ vſum |
| | Ius | vinum | mare | | |

**Circa voca bula**

Etiā noīa quīte declinatiōis ꝑ̄ter res ſpes ⁊c̄. vt ſup̄. Itē Ius dr̄ q̄ſi iuſſum ⁊ nihil aliud ē q̄ꝫ qd̄ natura vl' ciuitas vl' pplꝰs aut gēs l' cō ſuetudo iubet vl' ē lex nō ſcripta ſed inſita ī natura q̄ dicit̄ recta ratio iu bēs ea q̄ faciēda ſunt ꝓhibēſq̄ꝫ cōtraria Cuiꝰ ſunt ſex ꝑtes ſm̄ Cicero nē vt Religio pietas: gracia: vīdicatio: obſeruātia ⁊ veritas Alio mō dicit̄ ius qd̄ cuiq̄ꝫ vtile ē ī ciuitate ⁊ hoc dicit̄ ius ciuile Etiā capit̄ ꝓ ſuc co ⁊c̄ format iurulētū ⁊ iuſſulētū vt piſcis iuſſulētꝰ Itē Tus a tūdēdo dictū putāt q2 glebe tūdūt̄ cū q̄bꝰ dr̄ fluēs d' arboribꝰ valeſcē iō ſcribit̄ ſī aſpiratiōe Aliȷ̄ a ωγθγοτ dicūt h̄ ē ſacrifico ⁊ naſcit̄ in arabia cu ius felicis ⁊ beate cognomētū ē Itē thꝰ maſ. qd̄ rotūdū ē Uirgi. maſcu la thura focis. Item Rus locus dicitur extra vrbeꝫ vbi agri ſunt ⁊ vil le. dictum q̄ꝫ in agris quotquot annis eadem fiunt vt rurſus capias fru ctus hinc ruro ⁊ ruror ⁊ ruſticor eiuſdē ſcatōis h̄ eſt ruri dego varro dū ī agro ſtudioſꝰ ruror Ruſticꝰ q̄ rur3 ē ⁊ ſemibarbarꝰ vetēs ruſtice ꝓ bar bae vſurpabāt Pōpōiꝰ ego ruſticati tāgā a q̄ ruſticāe aduerbiū. ruſtica citas ꝯtraria vrbāitati ruſtica auis ꝑdici ſil'is niſi qd̄ roſtrū lōgius hꝫ martial' ruſtica ſuꝫ ꝑdix q̄d refert ſi ſapor idē Carior ē ꝑdix ſic ſapit illa magis Rurigena qui ruri gignitur Ruricola qui rus colit ⁊ rureſtris hoc eſt ruſticus Ruſci virgulta quibus vites ligantur Alia dicta ſunt.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

Quedam ſignificant plura ſub eodē genere nūero ꝛ accētu
Quedā ſignificāt plura ſub diuerſis generibus tantum
Quedam ſignificant plura ſub diuerſis numeris tantum
Quedam ſignificant plura ſub diuerſis ſignificationibus
Quedam ſignificant plura ſub diuerſis caſibus.
Quedā ſignificant plura ſub diuerſis accentibus
Quedam ſignificant plura ſub diuerſis generibus ꝛ decli-
nationibus ſimul

De heteroclitꝫ pl'a ſcātibꝰ ſub eodē gn̄e nūero caſu ꝛ accentu. Ut

Canis latrat: nat in equore: fulget in aſtris: fatū mors: fatū
ſors: cōſtellatio fatum munus onus munus officium. mu-
nus donuꝫ. Et oīa alia equiuoca retinentia dicta accidētia

De heteroclitiſ pl'a ſcantibus ſub diuerſis ge-neribus tantū. Ut

Calx maſ. pungit equum. ſed ſtringit femina murum
Dis pro plutone maſ. vel dis pro diuite pone
Caſſis idis galea capitur fera caſſe retenta
Ouidius. Decidit in caſſes preda petita meos
Terra tenax glis formabit gliſſis genitiuo
Res quadrupes. glitiſqꝫ dabit tibi carduus inde
Uas vadis maſ. eſt. vas vaſis genere neutro
Hic ſtirps eſt vitis. hec ſtirps progenies ſit
Proficit ad vitem ſiler hic. ſiler hoc dat odorem
Hic quiris miles. hec quirꝫ haſta vocatur. Et ſimilia

De ſcantibus plura ſub diuerſis decliatōibꝰ. Ut

Ortus tus ſolis: Hortus ti procreat olus
Faſtus ti liber. Faſtus tus pompa vocatur
Liber pro baccho. quoqꝫ non ſeruo dic creſcere liber
Pro codex cortex creſcere ſpernere liber
Frons frondis folium. frons frontis ſit capitis pars
Glande pecus creſcit: ſed collum glante tumeſcit
Lens lendis capitis: lens lentis conuenit ori.
Sinus nus pars eſt. ſinus ni lac tenet in ſe
Ceſtus tus ludus. ceſtus ti zona vocatur

De ſcantibus plura ſub diuerſo numero Ut

Hic onus eſt faſcis. hi faſces dantur honores
Littera pars vocis. plurali charta vocatur.
Copia facultas. ſed he armorum chorus omnis

¶ Itē noīa libroꝝ in a in ſingulari ſignificant ſcientias, in plurali li-
bros. vt grammatica logica. ꝛ cetera vt patuit.

De ſcantibus plura ſub diuerſis caſibus

**Terra ſit ops et auarus opes: ſed opem petit eger**
**Lens lendis capiti: lens lentis conuenit ori**

¶ Itē Ops in ntō ſcat terrā vel deā terre, q̄ dicit̄ alio nomīe Ceres ci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

bele rea vel magna dea vxor ſaturni. In obliquis ſignificat auxilium vel poteſtatem Uirgilius. Non opis eſt noſtre tibi dignas reddere grates In plurali ſignificat diuitias vel facultatem. Item Lens lentis dicitur a leuis notum genus leguminis. teutonice een lynſe. Quia qui ea veſcuntur leues ⁊ moderati fiunt. Sed Lens lendis a ledo eſt fedum capitis animal. ex quo formatur pediculus. Inde lendiginoſus hoc eſt plenus lendibus. Sed a lens tis lentiginoſus

Veſper re ra rum pars eſt extrema diei
Noctis vel mundi veſperqꝫ ſuum tenet etas
Quamlibet etatem mundi lego veſper habere
Veſperus eſt ſtella ri ſolos dat tibi pſalmos
Officium tibi re ra rum totaliter implet
Ri rorum cantat re rarum tympana pulſat

De ſcantibus pl'a ſub diuerſis generibꝰ ⁊ declinationibus.

Ut
Terris apta palus diſtinguit iugera palus
Eſt pecus hoc pecoris. pecus hec pecu dis ſibi iungit
Glos gloſſis lignum vetus de nocte ſerenum
Glos gloris flos eſt. glos glotis femina fratris

¶ Item Ueſperus eſt ſtella matutina aut veſpertina. Alio nomine heſperus aut lucifer. Uirgilius. Ite domũ ſature venit heſperus. ite capelle. Ueſpera tempus quo ſol oritur. Ueſperum tempus quo ſol occidit. Ueſper hoc quelibet hora diei. Ueſperi orum officium veſpertinũ Ueſpere arum hora quo officiũ ip̄m decantatur. veſpa aı̄al volatile.

Ut
Populus eſt arbor. populus collectio gentis
Eſt hara porcorum. diuorum dicimus aras
Eſt dea dicta venus. duplex lucrum q̄ꝫ fenus
Gramina ſunt fena. ſed eſt in corpore vena
Eſt procerum vere. procerum corpus habere
Hic locus eſt arctus. per quem nullus meat artus

De ſcantibus plura ſub diuerſis accentibꝰ ⁊ qualitatibus

Ambo duoqꝫ mari faciunt neutrum ſimilari
Par primo quintus: orumqꝫ tenet genitiuus
Sepe duum dabimus neutro ſi ſincopa fiat
Cum terno ſextus facit obus: os ſociamus
Quarto ſed neutrum formabis in o quaſi primum.
Prorſus femineum datur ad morem dominarum

¶ Hic in fine huius capituli docet declinare hec nomina ambo duo. vt clare patet in textu. licet ambo careat vocatiuo. quia nomē diſtribu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

Caplꝫm terciuꝫ
de tribus gradi
bus cõpatiõis

tiuum. vt patuit.

Huc gradibus trinis qui comparat ire notabis.
De primis ambos debes formare ſupremos
Eſt adiectiuis graduum collatio talis
Dum valet augeri ſua proprietas minui ve

¶ Itẽ gradus cõpationis quot ſunt? Tres. q̃ Poſitiuꝰ. Cõpatiuus ⁊
Suplatiuꝰ. Poſitiuꝰ ẽ qui ſcat ſuũ ſcatũ ſine exceſſu. vt fortis doctꝰ.
Cõparatiuꝰ eſt q̃ vltra ſcatũ ſui poſitiui ſcat hoc aduerbiũ magis. vt
fortioꝛ. i. magis fortis. Sed Suplatiuꝰ eſt q̃ vltra ſcatũ ſui poſitiui
ſignificat hoc aduerbium maxime. vt fortiſſimus. i. maxime fortis.

**Que dicti ones cõpa rantur**

¶ Item Sola adiectiua cõparant̃ que ſcant ꝓprietatẽ intenſibilem
aut remiſſibilẽ. vt fortis ſapiens prudens doctus. Item nomĩa ſubſtã-
tiua ſignificantia quandã ꝓprietatem ꝑ excellentiã ratione illius ꝓpri
etatis poſſunt cõparari. acſi eſſent adiectiua. vt nero neronioꝛ. i. durioꝛ
Simone ſimonioꝛ. i. ſimone excellentioꝛ. Samſone ſamſonioꝛ. i. foꝛ-
tioꝛ. Gãinmede gãimedioꝛ. i. luxurioſioꝛ. Coruo coruioꝛ. i. fallacioꝛ. La
pide lapidioꝛ. i. durioꝛ. Britone britonioꝛ. i. ſtultioꝛ. Rhomão rhoma
nioꝛ. i. iactãtioꝛ. Itẽ nota ſm Priſcianũ ꝓnoĩa poſſeſſiua. i. deriuatiue
ſpẽi extra ꝓpriã naturã vel ſcationẽ capta etiã pñt cõparari. vt tuꝰ tu
ioꝛ tuiſſimꝰ. vr̃ veſtrioꝛ veſtriſſimꝰ. Et hoc mõ ipẽ cõparat̃. vt ipẽ ipſi-
oꝛ ipſiſſimꝰ. Itẽ aduerbia deſcendẽtia ab adiectiuis cõparabilibus cõ-
parant̃. vt forte fortiꝰ fortiſſimũ vl' fortiſſime. Cũ iſtis aduerbijs ſatis
diu ſepe nuꝑ cito. Itẽ multe ſunt terminationes poſitiui ideo eſt diuer-
ſarũ declinationum.

**De termina tione poſiti ui**

Poſitiuus {
Quandoqꝫ in vs a vm. vt albus alba album
Qñqꝫ in er vel vr ⁊ ẽ ſcde declinatiõis. vt niger ſatur
Qñqꝫ in er is e ⁊ ẽ tercie declinationis. vt celeber is e
Qñqꝫ in is e ⁊ eſt tertie declinationis. vt fortis forte
Qñqꝫ in vnã terminationẽ ꝑ oĩa genera. ⁊ eſt tercie decli
nationis. vt pauꝑ vetus ſollers felix audax amans
}

**De termina tione cõpa tiui**

¶ Itẽ oĩs cõparatiuꝰ terminat̃ in oꝛ ſub cõmuni genere ⁊ ius ſub neu
tro genere. vt hic ⁊ hec fortioꝛ ⁊ hꝰ fortiꝰ. Exceptis cõparatiõibꝰ factis
ꝑ diminutionẽ. In his eñ non ẽ cõparatiuũ in oꝛ terminari. de q̃ nota
regulã ſequentẽ. ¶ Itẽ ſm Priſcianũ. oẽ nomẽ cõparatiui gradꝰ neu-
tri gñis format de ſe diminutiuũ eiuſdẽ gradꝰ in culus a um qd idẽ ſt
qd cõparatiuꝰ cum incluſiõe huiꝰ aduerbij modicũ. vt a grãdiꝰ grãdi-
uſculus a um. i. modico grandiꝰ. A maiꝰ maiuſculꝰ. a meliꝰ meliuſcu-

**De deriua tiõe ſuplati**

lus a plus pluſculus. Et hmõi noĩa ſcant modicã augmentationem
¶ Itẽm oĩs ſuplatiuus terminat̃ in mus ⁊ ẽ pĩme vl' ſcde declinatiõis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

Declinat ternā poſitiuū normā ſecunde
Si tibi declinat poſitiuum norma ſecunde
Taliter inde gradū debes formare ſecundum
I breuies quam dat gtūs ⁊ or ſuperaddes
Terne conſimili formabunt more datiui

De formatiōe cōꝑatiui a poſitiuo ſunt due regule regulares

¶ Prior regl'a eſt. Ad gtm̄ ſcḋe declinationis adde or ⁊ ius. vt doctus docti doctior doctiꝰ. pulcer cri crior crius. Poſterior regula. ad dtm̄ tercie declinatiōis adde or. vt fortis fortior pauꝑ ri pauperior

Inde ſiniſterior ⁊ iunior excipiantur
Et potis ⁊ nequam prebent aliam tibi formam

De regl'e quinqꝫ modis fallūt ꝓmo in his

¶ Primo fallunt dicte regule in his quinqꝫ comparatiuis. Siniſterior maior iunior nequitior et potior.

Verbum quandoqꝫ vel que ſunt prepoſitiue
Voces audiui ſupplere vicem poſitiui
Forme conſimilis aduerbia ſepe videbis
Participans iungis quod tunc pro nomine ſumis
Detro poſt extra pridemqꝫ vel ante vel infra
Intra vel citra ſapiens vltra prope ſupra

¶ Scḋo fallūt dicte regule i cōparatiuis formatis a verbo ⁊ aduerbio ⁊ ꝑpoſitione. Vnde nota vnū eſt verbum gerens vicem poſitiui. vt detro deterior deterrimꝰ. Et vnū aduerbiū. vt pridē ꝑor ꝑmꝰ. Et nouē ꝑpoſitiōes. vt poſt poſterior poſtremꝰ. extra exterior extremꝰ. ſuꝑ ſuꝑior ſuꝑmus. ante anterior caret ſuplatiuo. vltra vlterior vltimꝰ. infra inferior infimꝰ. intra interior intimꝰ. citra citior citimꝰ ꝓpe ꝓpior ꝓximꝰ

Vel v ſi preit vs ſequitur magis ⁊ poſitiuus
Aut v ſi preit is tenuis fiet tibi teſtis
Strenuus ⁊ dubius pius arduus egregiuſqꝫ
Per magis iſta ſuum formabunt comparatiuum

¶ Tercio fallūt regl'e dicte qn̄ an̄ vs ꝑcedit i vl' v in ſcḋa decliatiōe Et qn̄ v an̄ is i tercia decliatiōe. q2 illa caret ꝯpatio. tn̄ loco ꝯpati vtimur poſitiuo cū h aduerbio magꝭ. vt piꝰ magis piꝰ piiſſimꝰ. arduꝰ magis arduꝰ arduiſſimꝰ. tēuis magis tenuis tēuiſſimꝰ Tn̄ ſm artē bn̄ hn̄t cōparatiuū arduior ⁊c. Quarto fallūt i his diues nō diuitior ſꝫ ditior amicus nō amicior. ſꝫ amicicior. ſpurcꝰ ſpurcior. pudicꝰ pudicior. ita inimicus impudicus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

⁋ Quinto in adiectiuis ab iſtis verbis loqꝛ: dico: volo: facio ſequoꝛ ⁊ bibo. Quia coꝝ comparatiuus in entioꝛ ⁊ ſuperlatiuus entiſſimus.

| | | | |
|---|---|---|---|
| De loqꝛ | Uaniloquus | vaniloquentioꝛ | entiſſimus |
| | Doctiloquus | doctiloquentioꝛ | entiſſimus |
| | Multiloquus | multiloquentioꝛ | entiſſimus |
| De dico | Ueridicus | veridicentioꝛ | entiſſimus |
| | Falſidicus | falſidicentioꝛ | entiſſimus |
| | Fatidicus | fatidicentioꝛ | entiſſimus |
| De volo | Beniuolus | beniuolentioꝛ | entiſſimus |
| | Maliuolus | maliuolentioꝛ | entiſſimus |
| | Multiuolus | multiuolentioꝛ | entiſſimus |
| De facio | Magnificus | magnificentioꝛ | entiſſimus |
| | Beneficus | beneficẽtioꝛ | entiſſimus |
| | Maleficus | maleficentioꝛ | entiſſimus |
| De ſeqꝛ | Turpiſequus | turpiſequentioꝛ | entiſſimus |
| | Maliſequus | maliſequentioꝛ | entiſſimus |
| | Pediſſequus | pediſſequentioꝛ | entiſſimus |
| De bibo | Multibibus | multibibentioꝛ | entiſſimus |
| | Optibibus | optibibentioꝛ | entiſſimus |
| | Malibibus' | malibibentioꝛ | entiſſimus |

De formatione ſuplatiui a poſitiuo regl'e ſunt tres regulares.

**Uſqꝫ ſecunda tenens ſuperantem da genitiuo**
**Sic formas: iunges ſ. atqꝫ ſimus ſuperaddes**
**Cum tenet r rectus rimus eſt illi ſociandum**
**Interna forma ſimus addes cum genitiuo**
**Sed tamen r recti ſibi vult rimus aſſociari**

⁋ Prima ad genitiuum ſecunde declinationis in us adde ſ. ⁊ ſimus vt albi albiſſimus.

⁋ Scd'a ad dtm̃. tercie decliatiõis adde s ⁊ ſim⁹ vt forti fortiſſimus.
⁋ Tercia ad nominatiuũ nomĩs in er adde rim⁹ vt pulcer pulcerrim⁹ vber vberrimus: pauper pauperrimus.

De regl'e fallũt ex modis pmo in his

**Dat ſibi quinqꝫ limus que ſignat dcõ ſagus**
**Et ſua compoſita ſunt illis aſſocianda**

⁋ Primo fallunt in his quiqꝫ facilis agilis gracilis humilis ſimilis que habent limus.

**Excipias dexter qꝺ dat timus atqꝫ ſiniſter**
**Dat remus ſupra cui poſt ſociatur ⁊ extra**
**Solus erit minimus faciunt ximus proprie magn⁹**

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

Datqꝫ timus citra bonus intra iungitur vltra
Infimus eſt ſolus de pridem fit tibi primus

¶ Sc̃do fallūt in his dexterrim⁹ ſup̄mus minim⁹ ꝑm⁹ ⁊c̄ vt̄s. de ꝯpa tiuis ꝑpoſitionū. Tercio i his vet⁹ veterrim⁹. ſatur ſaturiſſim⁹ vl' ſatur rimus. matur⁹ maturiſſim⁹ vl' maturrim⁹. Et h̄ iō. qꝛ olim ſatur⁹ ma tur⁹ dicebatur diues ditiſſimus medius medioximus.

Ante ſenex iuuenis adoleſcens quattuoꝛ iſta
Sola quidem ſolis vtuntur comparatiuis

¶ Quarto fallūt in his q̄ttuoꝛ. aū ſenex iuuenis adoleſcēs q̄ carēt ſup latiuo. Sed loco ſuplatiui vtimur eoꝝ poſitiuo ⁊ h̄ aduerbio maxie. vt ſenex ſenioꝛ maxie ſenex. ¶ Quito in iſtis que faciunt ſuperlatiuum in entiſſimus. vt̄s de adiectiuis a loquoꝛ ⁊ dicoꝛ ⁊c̄.

Res bona res melioꝛ res optima res mala peioꝛ
Peſſima res magna res maioꝛ maxima rerum
Parua minoꝛ minima dic multus plurimus addes.
Plus pluris neutro totum plurale teneto

¶ Sexto in ſuplatiuis q̇ habēt diſcrepantiā in ꝑmis ſyllabis ⁊ ſunt ſex ꝑmū. bon⁹. melioꝛ. optim⁹. bona. melioꝛ. optia. bonū meli⁹ optimū Se cūdū malus peioꝛ peſſim⁹ mala peioꝛ peſſima. malū pei⁹ peſſimū. Ter ciū magn⁹ maioꝛ maxim⁹. magna maioꝛ maxima. magnū mai⁹ maxi mū. Quartū paru⁹ minoꝛ minim⁹. ꝑua minoꝛ minima. ꝑuū min⁹ mi nimū. Quintū. mult⁹ plurim⁹. multa pl'ima. multū plus pl'imū Sex tū celſus celſioꝛ ſumm⁹. celſa celſioꝛ ſumma celſum celſius ſummum.

Voce gradus medij ſupant quinos niſi quini
Junioꝛ ⁊ maioꝛ peioꝛ prioꝛ et minoꝛ iſta
Et non plura ſuis equalia ſunt poſitiuis

¶ Hic in fine ponit vnū notabile de natura cōparatiui dicēs. Ois cō paratiu⁹ excedit ſuū poſitiuū i ſyllaba vl' ſyllabis Exceptis q̄ttuoꝛ i tex tu poſitis. ſub quibus comprehenditur plus a multus.

Credo gradus ſummos collatis cōnumerandos
Si gradib⁹ ſummis fiat collatio talis
Rebus in exceſſis excedens participare
Congrua non eſt hec fortiſſimus eſt leo lincum

¶ Hic ponit vnū notabile de natura ſuplatiui dicēs. qꝛ partitio mul titudinis fit ꝑ cōparatiuū ⁊ ſuplatiuū ꝑ genitiuū multitudinis. Jtaqꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

cõpatiuꝰ ⁊ ſuplatiuꝰ erũt eiuſdẽ nature ſpẽi ⁊ ordinis. cũ gtõ mľtitudi
nis hoc eſt gtõ pluralis nũeri. vt fortiũ manu eſt dextera doctiſſimũ ho
minũ ẽ Joãnes. Quare hec ẽ minus latina. Leo ẽ fortiſſimꝰ lincũ. qꝛ
leo ⁊ linx ſunt diuerſaꝝ ſpecieꝝ. quod etiam clarius patebit in ſecunda
parte de natura adiectiui partitiui.

**Capitulũ q̃rtũ de generibꝰ noim**

**In quãtũ potero de nomĩe quolibet in quo**
**Donatur genere ꝑſens eſt cura docere**

Itẽ tria ſunt genera nature ſiue ſimplicia. vt maſculũ a mare. Femĩ
a femĩa. Et neutrũ a ꝓprietate maſculini aut fẽi. qꝛ neutrũ ꝑꝫcat ꝓprie-
tatẽ vel ſubſtãtiã ꝯuenientẽ maſculo aut femine q̃re alio noĩe dicit̃ ge-
nus indifferẽtie. Itẽ quattuoꝛ ſunt genera cõpoſita. vt. Cõmũe. Dubi-
um. Oẽ ⁊ Epicenũ q̃ ſic differt qꝛ dubiũ reſpicit ſubſtãtiã vel ꝓprieta
tem maſculinã aut femininã rei inanimate q̃re pauca ſunt noĩa gñis du
bij. Epicenũ reſpicit naturã incertã ⁊ incognitã nobis ſexꝰ maſculini
aut fẽi. q̃re etiã hmõi noĩa ſunt pauca. Cõe dicit naturã certã ⁊ cognitã
ꝯuenientẽ vtriqꝫ ſexui q̃re noĩa cõis generis ſunt noĩa rei aĩate. qꝛ q̃ñ
hmõi natura vľ ꝓprietas etiã extendit ſe ad res inaĩatas ſic genꝰ oẽ. et
hoc ẽ qḋ dicit donatꝰ. Cõmũe ẽ ꝑterea qḋ triũ geneꝝ dr̃. vt hoſpes inq̃z
tũ ꝯuenit rei aĩate. eſt gñis cõis: ſed ꝓ vt etiã ꝯuenit rei inanimate ẽ ge
neris oĩs. vt Uirgiliꝰ. Inhoſpita ſaxa, oẽ ꝯuenit rebꝰ aĩatis ⁊ inaĩatis
qꝛ ſola adiectiua ſunt gñis oĩs. q̃ adiungunt̃ oĩbus ſubſtãtiuis.

Cognitio generis vtilis ẽ ad quattuoꝛ:
- Primo ad regulã ⁊ naturã adiectiui ⁊ ſui ſubſti
- Scḋo ad naturã demõſtratiui ⁊ rei demõſtrate
- Tertio ad naturã relatiui ⁊ ſui antecedentis.
- Quarto ad naturã adiectiui partitiui quod licet diſconueniat cũ ſuo ſubſtantiuo in caſu ⁊ numero: conuenit tamen cum eo in genere. vt vnus virorum vna mulierum vnum animalium

Subſtãtiua ĩ quattuoꝛ generibꝰ ſunt:
- Quedam ſunt generis maſculini. vt pater dñs
- Quedã ſunt generis feminini. vt aula domus.
- Quedã ſunt generis neutri. vt vinum corpus.
- Quedã ſunt gñis cõmunis. vt ſunt ſubſtantiua ſecundum vocem

Itẽ gña noĩm tribꝰ mõis ꝯgnoſcũt̃ ꝑmo ex ſ̄catõe hꝫ ẽ ex ſexu rei aĩa-
te ľ ex ꝓꝑetate ſiue ſuba rei ĩaĩate Scḋo ex t̃miatiõe. Tercio ex exceptio
ne ſiue autoritate. Hic hꝫ caplꝫ diuidit̃ ĩ duas ꝑtes ꝓ̃cipales. In ꝑma
põit decẽ regľas gñales ex ſ̄catiõe ibi. ſꝫ qꝛ ꝑ ſexũ. In ſcḋa põit regľas
ſpẽales ex t̃miatõe ſiue exceptiõe ibi. Sit tibi nomẽ in a muliebre

**Sed quia per ſexum mulierum ſiue virorum**

Noſcuntur propriā non eſt mihi dicere cura

¶ Prima reglˀa ex ꝯcatiōe eſt. q2 ꝓ̄pa noīa viroꝝ ſunt gn̄is maſclˀi. vt Jo. ꝯrad⁹. S3 ꝓ̄pa mulieꝝ gn̄is feī. vt Katherina Berta.

¶ Item nota quando vir ꝛ mulier nominantur vno nomine vulgari. vir retinet ſuam terminationem. Sed femina facit ſuum nomen in a vt Gerardus hec gerarda. hic Joānes hec Joāna. Itē noīa aīaliū non hn̄tia indiuidua ꝓpria ſm Priſcianū ꝑ marib⁹ terminanꝭ in vs ꝑ feminis in a. vt hic equ⁹ hec equa. hic aſin⁹ hec azina. p̄ter camelus. quia non dicimus hec camela quare eſt generis cōmunis

De ſubſtātiuis ex ꝯcatiōe reglˀe ſūt .x. ſm alexādꝛ q̄bus ꝛ plˀes addunꝭ. Pⁱa regula.

Quedam ſunt opera ſolis maribus adhibenda
Quedam femineis: quedam dat ſexus vterq3
Inde genus poterit ꝑ nomina multa patere

Secūda regula

¶ Secˀda Regula non ſolū ꝓpria viroꝝ ſunt generis maſculini. Sed etiā appellatiua. vt ſunt nomina dignitatū vel officioꝝ. ſolis viris cōuenientia. vt papa ſic etiā appellatiua mulierū ſunt gn̄is feī. vt regina. Et appellatiua viroꝝ ꝛ mulierū ſilꝭ generis cōis. vt pincerna.

Papa — Jmꝑator — procurator
Patriarcha — Ceſar — preceptor
Cardinalis — Rex — Secretarius
Archiep̄s — Archidux — Telonarius
Ep̄s Seclˀa — Dux Officioꝝ — piſtor
ſuffragāi⁹ riū — Comes — Sutor
Noīa dignitatū ſpūalium — ꝓ̄poſitus — marchio — Faber
decanus — baro
Scolaſticus — miles aurat⁹ — Cerdo ꝛc̄
abbas — Conſul
officialis — Judex — obſtitrix

Abbatiſſa — Jmꝑatrix — nutrix
Prioriſſa — Regina — lotrix
monialis — Duxiſſa
Sybilla — cometiſſa — piſtrix
Spūaliū — ſecula — varoniſſa — officioꝝ — ſutrix
ꝓphetiſſa — riū — militiſſa — fabra

officioꝝ vtriuſq3 ſex⁹ — verna, aſſecla, auriga, nauta — vt — angoniſtia, ſacriſta, altariſta, lutaniſta — vt — organiſta, artiſta, albertiſta ꝛc̄.
lutaniſta — hec tn̄ ꝛ alia apud oratores

**Circa voca bula**

¶ Itē papa dr̄ pſbyt̄ l' ſacerdos ꝛ ꝑ excellētiā capit̄ ꝓ ſūmo pōtifice hic
pape int̄iectio ꝛ pape⁹ apd̄ ſcythas iupit̄ dr̄. Et pōtifex ſacer magiſtra
tus eo ꝙ īſtauroꝝ pōtiū curā hr̄et Erāt āt miores ꝛ maiores pōtifices
int̄ q̄s nimis ſūm⁹ q̄ pōtifex maxim⁹ ſiue ſumm⁹ pōtifex dicebat̄ qd̄ a
rhomanis veterib⁹ ſumptū nr̄e qȝ ſecte hoīes .i. chriſtiani ſeruāt. Item
Patriarcha nomē grecū ꝛ elegās vocabulū dicit̄ q̄ pnceps ē patꝝ hoc eſt
pōtificū pm̄ȝ hi q̄ttuor pricipio fuē rhomāis. Anthiochen⁹ Alexēdri
n⁹ hierſolimitan⁹ poſtea trāſlata bizātiū i pȳ ſede addit⁹ ē. Cōſtātiopo/
litā⁹ Itē a priacha priarchat⁹ ſic a pōtifice pōtificat⁹ Itē Cardo ſūma
rei ē. Jn̄. Cardialis .i. p̄cipu⁹ ꝛ pmi ſacerdotes ſacroſctē rhomāe eccl'ie.
Cardinales vocitati qꝛ p̄cipui ſacerdotū. Itē. Epiſcop⁹ iterp̄tat̄ inſpe
ctoꝛ ab epi ꝑpoſitiōe ꝛ ſcopos ſpeculatio qꝛ erit ita doct⁹ vt oīa īſpiciat
rōne Jn̄. Epiſcopat⁹ ipa dignitas. Et epiſcopiū vbi epūs cōmorat̄ Et
cōponit̄ cū archi ꝛ dr̄ archiepūs q̄ſi ſumm⁹ epūs. Itē. Suffragani⁹ di
cit̄ q̄ſi adiutoꝛ epi a ſuffragoꝛ .i. adiuuo. Itē ꝑpoſit⁹ dicit̄ a ꝑponi qꝛ p̄/
ponit̄ alijs canonicꝭ in dignitate. Itē decan⁹ q̄ſi dec⁹ canonū ſacroꝝ eñ
deken. Itē Scolaſtic⁹ q̄ſi ad ſcolas ptinēs l' q̄ ꝑerit reb⁹ ſcolarib⁹ Itē
Officialis q̄ gerit officiū epiſcopi vl' q̄ reddit officiū hoc ē ius qd̄ cuiqȝ
debet̄ Itē impatoꝛ dicit̄ ab impando, vñ impatores dicebant̄ rhome q̄
ſenat⁹ ꝛ ppl'i rhomani iuſſu vl' ductabāt exercit⁹ l' puīcias adminiſtra
bāt ꝛ ſinguli duos legatos habebāt. Itaqȝ hi nō dñi ſed miniſtri erant.
Sed tñ Cōſules rhomāi hoc nomē poſtea obtinuerūt qꝛ impabāt toti
mūdo. Jn̄ impiū qd̄ mō ē iuſſum: mō dignitatē .i. regū dominiū Ceſar
dicit̄ a cedo eo ꝙ ceſo matris vtero ꝓlat⁹ ſit: ſic nat⁹ ē. Scipio african⁹
poꝛ q̄ ꝓpterea pmus oīm ceſar appellat⁹ q̄ ita naſcūtur ceſones a veteri
bus dicūtur A Ceſare ceſari⁹ .i. impatori⁹ vl' ceſariani milites .i. Ceſa
ris milites Itē. Rex dicit̄ a regēdo. dux a ducēdo q̄ alium ducit vt dux
gregis: dux belli q̄ ꝛ ductoꝛ appellatur. ducat⁹ officiū ducēdi ē. Itē Co/
mes dicitur q̄ ducē ſeq̄tur ergo ē i itinē. Soci⁹ q̄ in re ſeria ac laborioſa
alicui⁹ par ē Sodalis in reb⁹ leuioꝛib⁹ dicitur ꝛ fere in cōuiuijs quaſi
ſimul edales. Itē Marchio vocabulū fictū ē teutonicoꝝ eñ marrynch
greue Sil'ir baro q̄ mediat int̄ comitē ꝛ militē aureatū teu. eñ Junck/
er vt. Baro de lippia de brūchioꝛſt. Itē miles a mille q̄ſi milleſim⁹ q̄ſqȝ
i. q̄ſqȝ ex millenario numero qꝛ legio pmo triū miliū fiebat. Jn̄ militia ꝛ
militaris ꝛ milito hoc ē militiā exerceo Et militarit̄ aduerbiū Itē Cō
ſul ꝙ exercitū impatur⁹ erat dicebat accenſo Calphurni voca' illicium
oēs q̄rites huc ad me Cenſoꝛ vero vocat ppl'm, dicit̄ itaqȝ conſul a con/
ſo deo q̄ dedit conſiliū romulo vt ſabinoꝝ filias caperet ne rhomani ob
penuriā mu'ieꝝ pirēt īn̄ Cōſualia .i. feſta ſacra eo die q̄ capte filie ſabīoꝝ
Itē Judico q̄ſi ius do Jn̄ Judex Judiciū Judicalis Juridic⁹ qui fm

papa
patriarcha
Cardinalis
episcopus
suffraganeus
decanus
scolasticus
officialis
imperator
Cesar
Rex
Comes
marchio
Baro
miles
Consul
Judex

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

ſus'eſt.vt iuridicus dies. Itē Procuratoꝛ a pcurare.pceptoꝛ a pcipien do. Secretari⁹ quaſi ſerēs ſecreta camere. Itē Teolonarius q̇ peſt teo lonio.een tollner. Itē abbas ſyrū eſt vocabulū. Hieronimo teſte ⁊ pat' interpꝛetat᷑. Sed abas abantis ꝓpꝛiū viri nomē. Uir. Et qua vectus abas. Abatos inſula circa extrema egypti. Itē monychus vnus fuit cē tauroꝝ. Juuenalis. Quātas iaculet᷑ monych⁹ oꝛnos. Monoec⁹ no mē fuit Hercul'.monycha mat' ſcti Auguſtini. Sed monach⁹ ſolita ri⁹ dicit᷑ a μονοσ hoc ē ſolus huic monarchia vnus pꝛincipatus

Procurator
Theolonarius

Tercia regula

**Attendas hominum que nomina ſiue locoꝛum**
**Hec ſexu gemino iungunt ſua ſignificata**
**Et ſi diuiſim tibi declinatio monſtrat**
**Ut grecus greca tanto leuius tibi fiet**

¶ Tercia regl'a noīa deriuata a loco ſiue a gēte cuiuſcūqꝫ terminatiōis fuerint ſunt gn̄is cōis.qꝛ vtriqꝫ ſexui ꝯueniūt.vt a leui leuita ab iſrahel iſraelita.a Joanne Joannita A loco vt ab zodoma zodomita.a tremo nia tremonīēſis ⁊c̄. Excipiunt᷑ terminata in vs q̄ faciūt fēia in a.vt gre cus greca.latin⁹ latina.teuton⁹ teutona ⁊c̄. Itē deriuata ciuitatū olim terminabant᷑ in ita. Jā vero in enſis vl'vs vt a ꝯfluentia ꝯfluentinus a magūtia maguntin⁹. Itē ſm Priſcianū.inuenim⁹ hic iſraelites:hec iſ rahelitis hic ⁊ hec iſraelita ſil'r ⁊ alia in ita.niſi noīa in ites ponant᷑ lo co noīm ī itis.vt ī Biblia. Uenit mulier pduites ad Dauid regē p pꝛe duitis. Itē ſub hac regl'a cōphēdunt᷑ oīa noīa adiectiua ſcatione cōue nientia vtriqꝫ ſexui.de a.vt thomiſta.de o vt virgo ſaxo friſo. de il vt vi gil.de vl vt ꝯſul exul.de er vt paup.de ir vt martir.de oꝛ vt doctioꝛ.de vꝛ ligur.de as nr̄as.de es vt miles.de is teſtis.de os vt bos. de bs ps rs ar abs celebs pceps.de x vt ꝯiunx dux'

Quarta regula

**Que ſiunt pꝛopꝛia fluuioꝛum pone marina**

¶ Quarta regula. Propꝛia noīa fluuioꝝ ſunt gn̄is maſculini.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | moſula | eufrates | araris |
| Ut | Jſola | tigris | rhenus |
| | acheron | tibꝛis | nilus |
| | phlegheton | ioꝛdanis | padus ⁊c̄ |

¶ Item Excipiunt᷑ hec ſm alios grāmaticos figuratiue hoc ē pꝛo aq̄ capta. Styx lethe. Aretuſa. Albula pirene q̄ ſunt gn̄is fēi. Ouidi⁹ al bula pota deo Perſius. Heliconiadaſqꝫ pallidaqꝫ pirenem. ¶ Item ſe cundū Platonem. Anima deſcendens a deo dicitur mergi quattuoꝛ flu minib⁹.vt letheo.i.obliuione:acheronte.i.ꝓuatione gaudij.a ſtige hoc eſt a triſticia. Cocyto.i.luctu. Acheron ergo ex letheo fluit. ⁊ Styx ab

Circa vocabula



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

acheronte ⁊ Cocit⁹ ex ſtige. vñ Acherō ānis ē infernal' dict⁹ q̄i ꝓuatus gandio. ſʒ ſm Seruiū loc⁹ ē nō lōge a baijs vndiqʒ ſept⁹. Sʒ ſm alios flumē ē ī bruttijs. nō longe a ꝯſentra oppido: a q̄ oppidāi acherōtini Itē Phlegitō aliud īfernoꝝ flumē q̄ſi flāmis eſtuātib⁹ rapidū deriuat̃ ei a φλεγω. qd̓ ē ardeo. Jn̄ Phlegethōte⁹ Itē Stix flumē īfernoꝝ dictū [illegible]. i. tieo eo ꝙ t̃rori ſit oib⁹. A ſtyx d̓r ſtigius. Itē Letheū flumē apd īferos eē dixer̃t. poete cui⁹ latices ſi q̄s guſtauerit oim p̄teritorū obliuiſcit̃ dictū a [illegible] ħ ē ab obliuiōe. Tn̄ ꝓpe ānis fuit ī aphrica apud q̄s fama erat ad ea loca īferna exūdatiōe ꝓrūpent. Seneca it⁹ īmēſo ſinu placido q̄eta labit̃ lethes vado. Jn̄ lethe⁹. Jn̄ etiā Lethargus morb⁹ ē quē latini torporē appellāt q̄ ꝓuēit ex pituita hūidiore frigidioreqʒ cerebꝝ madefaciēte. Accidit ī eo morbo obliuio oim reꝝ. Et d̓r a vet̃no qd̓ morb⁹ ē ꝑpetuū ſomniū īducēs qꝛ pigros hoies facit. Uir. Nec torpere g̃ui paſſus ſua regna vet̃no. Sʒ letharg⁹ nō ſꝑ morbū inducit. Itē Enphates fluui⁹ ē g̃ndis ⁊ mēorand⁹ q̄ orit̃a fōte tigridis ī mōte ꝑiades maioris armēie. de q̄ Lucan⁹. Pl'a li. iij. Et diuidit babyloniā ī duas ꝑtes ⁊ deſcēdit in rubꝝ mař. Itē Tigrꝭ dis. fluui⁹ ē ex mōte ꝑiades armēie ꝓfluēs dict⁹ a ſilitudie Tigris aialis velocit̃ fluēs ad medos ſine noīe ī lacū ratiſani. Sʒ Tigris ſine creſcētia aial ē velociſſimū varietate macl'aꝝ ſplēdēs cui⁹ fet⁹ nō capit̃ ab īſidiāte hoīe ꝑnici eq̄ ⁊ ſpecul' niſi mr̃e abſente. Itē Tibris ānis italie e media fere lōgitudie apēnini aretinoꝝ finib⁹ defluēs q̄ auget̃ duob⁹ ⁊ q̄draginta fluuijs q̄ ꝑmo ab aq̄ꝝ coloē albula dict⁹. Deīde Tibris a rege tuſco hui⁹ nomis Uirgi. Aſpqʒ īmani corꝑe tibris. deīde a Tyberio albāoꝝ rege ī eo ſubmerſo ꝓ tibri tibris dict⁹. Ouidi⁹. Albula quē tyberim merſis tyberinus in vndis. Reddidit. Jn̄ Tyberin⁹. Trāſtyberin⁹. Etiā Tyberin⁹ hui⁹ flumis de⁹ ē. Itē araris fluui⁹ ē gallie narbonēſis tāta ſegnitie defluēs. vt qua ꝑgat vix dinoſci poſſit. ꝓ q̄ etiā dicit̃ arar teſte Priſciano ī ſeptio. Lucan⁹ ī ſexto. Rhodonūqʒ morātē p̄cipitauit arar. Sʒ Ararus ſcythaꝝ ē fluui⁹ teſte Herodoto. Itē Nil⁹ ab vltimis ethiopie finib⁹ recte fluēs ad ſeptētrionē lōgo tp̄e in certis ort⁹ ē fontib⁹. Tādē multis hoſtijs fert̃ in mare egyptiū. Jn̄ niliac⁹ ⁊ nilotic⁹. Et d̓r nilus q̄ſi nou⁹ lim⁹ a fecūditate quā facit ⁊ an̄ melo vocabat̃. a q̄buſdā etiā geon q̄ſi terra. Itē pad⁹ fluui⁹ ē italie iuxta Paduā ciuitatē Itē Arethuſa nomē virginis venatricis ⁊ diane comes a qua fons eodē nomie dictus apud Syracuſas. Jn̄ Syracuſe arethuſides dicte. Ouidi⁹. Utqʒ Syracuſas arethuſides abſtulit armis. Itē Albſa dicta ē a colore albo. q̄leni fere oēs ſulphurie hn̄t. Et eſt in agro Tyburtino varijs morbis vtilis p̄ſertimqʒ vulneribus. eſt em̄ aqua p̄gelida. Itē pirene fons eſt corinthi ſecundum ſtrabonem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

Nominis arborei vis hec ſibi vult ſociari
Pro mare pone ſiler rubus dumus ac oleaſter
Proficit ad vitem ſiler hic ſiler hoc dat odorem

Quinta regula

¶ Quinta regula. Nomina arborum ſunt generis feminini

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Ut | pirus | ceraſus | laurus | ſambuc⁹ |
| | prunus | volemus | abies | malus |
| | morus | perſicus | pinus | heben⁹ |
| | taxus | populus | fraxinus | myrtus |

¶ Item excipitur hic oleaſter pro arbore, et ſiler rubus dumus maſcu-lina que non numerantur inter arbores.

Notande ſunt tres regule

¶ Prima regula nomina arborum faciunt nomina in vm. que ſignifi-cant fructus vel ramos arborum. vt a pirus pirum. a buxus buxum. pter quattuor. vt auelana nux caſtãea et ficus. que ſcãt fruct⁹ ꝛ arbores

¶ Secunda Regula nomina arborum faciunt nomina in etum vel ectum. que ſignificant loca in quibus creſcunt arbores. vt a pirus pire-tum vel pirectum.

¶ Tertia Regula nomina arborum faciunt nomina in aſter que ſi-gnificant ſteriles arbores. hoc eſt arbores ſilueſtres. vt a Pirus pira-ſter. ab Olea oleaſter.

Circa vocabula

¶ Item Pirũ genus pomi eſt ad ſimilitudinẽ piramidis. quia e lato ĩ acutũ tendit. Itẽ Pomũ ſignificat oẽm fructum eſui aptum ſiue durũ ſiue mollem. Sed Nux dumtaxat fructum durum habentem coopri-mentum. vt nux pinea. quercina. fagina. Sed Pirus arbor huius fru-ctus ꝛ debet ſcribi per y grecum. Itẽ Prunus ẽ arbor prunũ eſt genus pomi pyrũ. Pruna eſt carbo accẽſa. qꝛ eſt carbo prũa extincta. Itẽ morꝫ dr̃ q̃ſi mauꝝ ho ẽ nigꝝ ſm aliquos. ſꝫ poti⁹ dr̃ a mora h̾ ẽ tarditate. mo-rus eñ poſtrẽa oĩm arborꝫ floret q̃re prudẽtiſſima arbor dr̃. qꝛ ledi ſe a fri-gore nõ ſinit naſcunt̾ ꝛ rubis ſꝫ multũ ab his drña qꝛ rub⁹ ex gñe fruti-cũ aq̃ticaꝝ cui⁹ ꝛ vgulta rubẽt ſpinoſa ꝛ mora pducẽs. hñs ſilitudinez roſe. Itẽ Rubi oppidũ italie a luborꝫ freq̃ntia. Hora. Iñ rubes feſſi p-uenim⁹. Itẽ rubeta gen⁹ rane int̾ rubos viuẽs plena veneficorꝫ gemĩa hñs cornua. celeri⁹ q̃ꝫ aſpis interimẽs. Iuuẽalis miſcet ſciẽte rubetã. ſꝫ rubea herba tingẽdis lanis. Itẽ Tax⁹ arbor gcil' ꝛ triſtis virẽs dura ꝛ ꝛ nullũ ſuccũ hñs. Mas aũt ſola fert baccas noxio ac letali fructu ĩ hi-ſpania pcipue venenũ ieſt q̃re Columella hãc abeſſe hortis iubet. ſꝫ taxũ capiũt p ramo abciſo. Itẽ ceraſus ſm Seruiũ ciuitas ẽ põti quã cũ de-diſſꝫ lucull⁹ gen⁹ h̾ pomi iñ aduexit ꝛ a ciuitate ceeraſiũ appelauit nã ar-bor ceraſus. pomũ ceraſiũ dicitur qd̾ añ lucullũ cornum appellabatur.

qđ poſtea mixto vocabulo corno ceraſiū dictū ē. Itē volem⁹ dicit̄ q̄ſi vo
lā inpellēs hoc ē medietatē palme vel pedis. Uirgi. grauibuſqȝ volēis
ꝛ ē arbor ꝓducēs pira bona ꝛ grādia eo ꝙ ipleāt palmā. Itē Perſica po
ma dicta ab eo ꝙ ṗmo adducta ex ꝑſia innocua penit⁹ ꝛ expetita egrotis
ꝛ ſtomacho vtilia Itē Popul⁹ ṗma breuis ē multitudo hoīm iuris cō
ſenſu ꝛ differt a plebe qꝛ in populo oīs ꝑs ciuitatis oēſqȝ ordines conti-
nent̄ In plebe aūt nō ſunt nobiliores ꝛ patricij. Iñ diminutiuū popell⁹
ꝛ popularis qđ ꝑtinet ad id qđ ē populi vl' vile ſiue ignobile hinc etiā popu-
lor vel populo hoc ē p̄dor Sed ī pl'i ꝑt ciuitates vir deſpiciēs mare veli
uolū: terraſqȝ iacētes litoraqȝ ꝛ latos populos populatim qđ ꝑt ꝑ po-
pulos vel cateruatī popularitas. i. affabilitas vl' hūanitas. Et publi-
cus q̄ſi populic⁹ vt res publica. i. res populi Et publicani q̄ reb⁹ ad po
pulū ſpectātib⁹ fruunt̄ hoc ē q̄ aliq̄d a fiſco cōducūt vt q̄ vectigalia ppl'i
cōducta habēt ꝛ publica via q̄ in ſolo ppl'i ē. Itē dies ppl'i fuga dr̄ Iu-
nio mēſe qꝛ eo die ppl'us fugit Sȝ ppl'us ṗma longa arbor ē excelſa. fo
lio hedere ſȝ ꝑte altera ſiue angulo altero oblōgo dicta a frōdiū multitu
dine Cui⁹ tria ſunt gn̄a vt alba nigra ſiue libica ꝛ ingerrima hic ppl'eus
vl' populn⁹ ſic a fic⁹ ficuln⁹. Itē laur⁹ latie grece dicit̄ daphne q̄ fuit ī
honore apud veteres dicata triūphis añ limia ꝛ ī domib⁹ Ceſaꝝ pōtifi
cūqȝ feri ſolita Iñ laurea corōa ex lauro: laureati q̄ lauris corōati vt lau
reati milites ſeq̄bant̄ currū triūphalē hinc. ꝛ lauretū Itē abies dicit̄ ab
abeo qꝛ ſita ē in ſummis mōtib⁹ qꝛ maria fugiēs cū tñ nauigijs apta ſit
dicta alio noīe pinus Iñ abiegnū qđ ex abiete ē vt abiegna trabs naui-
gia Itē a frago qđ ē odoro ſit fraxin⁹ eo ꝙ in fragoſis locis libent̄ naſca
enixas nō ipetu ſolū ſʒ etiā q̄cūqʒ laboꝛe exercitas. Uirgilius. Stirpis
achillee faſtꝰ iuuenēqʒ ſupbū. Seruitio enixe tulimꝰ. A q̄ fit enixe ad‑
uerbiū qd̄ ⁊ enixū dr̄. Aliqn̄ niti ē firmari. Uirgiliꝰ Jlle vides pura iu
uēis q̄ mittit haſta. Ab hoc fit ſubnixꝰ de q̄ aginꝰ hoc ē firmamꝰ nōnū
q̄ʒ niti. ꝓ valere vſurpat. Jdē hic ꝑmꝰ ꝑibꝰ nitēs cyllenius alis ꝯſtitit
Jtē a nitor qn̄ conor ſt fit obnitor qd̄ ē cōtra nitor a q̄ obnixe qd̄ egre ⁊
cū labore ſt. ⁊ innitor qd̄ ſt Jncūbo nixꝰ q̄rte declinatiōis ꝓ partu acci
pitur. Uirgilius haud fetus nixibꝰ edūt nixidij appellabant q̄s puta‑
bant parientiū nixibꝰ p̄ſidere nixurire vero vſurpabāt veteres ꝓ eo qd̄
ē niti velle nigidiꝰ nixurit q̄ niti vult ⁊ in conatu ſepiꝰ aliq̄ re pellit. Jtē
patior a greco deducit παθειν qd̄ apud grecos pati ē ⁊ ē coīe verbuʒ
nā ⁊ patioꝛ hoc ē ſuſtineo te ⁊ patior. i. ſuſtineor abs te dicimus. Sig‑
nificat aūt patior mō ſuſtineo ꝑmoꝛ: mō toleror ⁊ q̄ aīo fero hinc paſſio
q̄ ⁊ ꝑturbatio ⁊ affectꝰ ⁊ affectio vocat. Quattuor eīn ſunt ꝑcipue paſ‑
ſiones. due a bonis gaudere ſcʒ ⁊ cupere ſiue ſperare he eīn due ſunt opio
nes bone vna p̄ntis altera futuri leticia de p̄nti eſt. ſpes de futuro bono.
Due a malis dolere ⁊ timere vna ſil'r p̄ntis vt dolore altera futuri mali
vt timor Jtē Paſſiuū verbū qd̄ paſſionē ſt paſſiue aduerbiū patientia
tolerantia cuʒ equanimitate ⁊ patient eq̄ aīo cōpoſita mutant a in e vt
vt perpetior id eſt vehementer patior ⁊c Jtē differūt fruor ⁊ vtor nam
vti ſi cū hoīe iungat cōuerſari eſt. Cicero Cuiꝰ p̄re familiarit vtebar. i.
cum q̄ familialit conuerſabar. Si vero cū alijs iūgatur ē vſum habere
Martialis vtere lactucis ⁊ mollibꝰ vtere maluis hinc fit vſus qd̄ in‑
terdū ip̄ſam vtendi ſcatiōem hʒ. Uirgiliꝰ nam neqʒ erat Corijs vſus.
Jnterdū cōſuetudinē cōuerſationē. Terētiꝰ ſic mihi ē vſus vn̄ vſu veni
re ꝓ accedere poniꝰ. Plyniꝰ Jdē eīn frequent vſu venit vt mali bonis
p̄ferant. Aliqn̄ ꝓ opꝰ ē poīt. Uirgi. nūc viribꝰ vſus nūc mālbꝰ. Jtē qꝛ
ſolemꝰ vti rebꝰ vt ex ijs vtilitatē ꝑcipiamꝰ vſus aliquando pro vtilita
te accipitur. Apuleius Cum id ex vſu meo nō eſſet hic vtilis ⁊ vtilitas
dn̄r ⁊ vtilit aduerbiū. Jtē vſitor ⁊ vſurpo eiuſdē ſcatiōis a q̄bꝰ vſitatio
⁊ vſurpatio vſura ⁊ accipitur ꝓ vſu ⁊ ſt fenus. q̄ fenerator a q̄buſdam
dicit vſurariꝰ. Jtē frui eſt re q̄ vtimur delectationē capere vn̄ fieri pt vt
eadē re vnus vtat alter fruat vt ſi pre eſtu dux frigida aqua manus la‑
uent alter vt ſordes abluat alt vt frigitate illa oblectet habʒ hoc verbuʒ

tria ſupina vt patuit. fruitū vñ fruitio ꝗ vtunť theologi. volūtqꝫ ad deū
tm̄ referri fretū. vñ fit fret⁹. i. ꝯfiſus. Quītilian⁹ Tua fret⁹ hūanitate
id egerā ⁊ fructū. Jtē a fruoꝛ fit fruiſcoꝛ ſicut a fateoꝛ fatiſcoꝛ. p̄terea cō
poſita ꝑfruoꝛ. i. totū fruoꝛ. Defruoꝛ oēm fructū ꝑcipio. Defrutū vini
gen⁹. Frutinal tēplū veneris frute. Jtē Gradioꝛ ƀt ire ⁊ ē ꝓpꝛiū aīaliū
hinc Grad⁹ q̊ ſunt ex q̊bus ſcale ꝯſtāt ⁊ ꝑ q̄s ad edificioꝝ altioꝛa ꝯſcen
diť. Uirgi. Aerea cui ḡdib⁹ ſurgebāt limia. Interdū ḡd⁹ ḡdientiū pe-
dū viciſſitudo. Jdē ḡdibuſqꝫ ſonare. A q̊ eq̊ gradarij dicunť q̊ ſine ſuc-
caſatura mollit' q̇eteqꝫ incedūt. Int'dū etiā ḡdus ē ipa firmitas ſtandi
Cicero. Nec tumultuātes de ḡdu deijciunť. hinc gradū facere dicimus
nō trāſitū facere. ſꝫ ex aliq̄ re gradū ⁊ q̄ſi ſcalā ad aliā facere qꝺ a quibuſ-
dā ḡdū iacere diciť. vt ſi in arboꝛē tectūue ſcādere velim ex ſaxo vł ſcāno
aliq̄ue alia re ḡdū facio. hinc Gradatim qꝺ ƀt ꝑ grad⁹ ⁊ oꝛdinate. Jteꝫ
Mars dr̄ ḡdiu⁹ a gradiēdo qꝺ in bello vltro citroqꝫ gradiať. vł ƀm ali
os nō a ḡdiēdo ſꝫ a ḡmie qꝺ herbā ƀt. qꝛ ḡmie oꝛt⁹ ex iunone. Jtē Gra-
mē a ḡdioꝛ qꝺ geniculatis int'nodijs mirifice ſerpat. A ḡdioꝛ etiaꝫ dr̄
graſſoꝛ freq̄ntatiuū qꝺ ē ḡdioꝛ ābulo ⁊ agḡſſari eiuſdē ƀcatiōis. Graſſa
ri etiā eſt ḡdiēdo ſeuire. Ceſar ḡſſari in hoſtes vetat. hinc latrones vias
obſidentes ḡſſari dicunť. a q̊ ḡſſatoꝛes qui hoſtilit' gradiunť. Jtē Com
miniſcoꝛ recolo ⁊ in mētē reduco. vñ cōmētarij dicti ſunt libꝛi in q̊bus
tm̄ capita reꝝ poſita ſunt. ita vt vidiamur in his ad exequēdā hiſtoꝛiaꝫ
alijs ſubieciſſe materiā. ⁊ dicim⁹ cōmentari⁹ vel cōmentariū. Jtem cō
mentarij vel ꝯmentaria etiā dicunť expoſitiones ſiue interpꝛetatiōes
autoꝝ qꝺ in his multa cōminiſcimur vt cōmentaria in virgiliū cōpoſi
ta. Quidā hmōi opa cōmenta dixerūt. vt Nigidi⁹. Priſcian⁹. Cōmē
tū etiam ꝓ fictione accipiť. quemadmodū cōminiſci aliquādo ꝓ finge-
re. Jtē cōmentari⁹ in maſculino capiť ꝓ cōmonitus. vel ꝓ homine q̊
auctoꝛes interpꝛetať. Jtē a cōminiſcoꝛ frequētatiuū ꝯmentoꝛ qꝺ ƀcat
fingo vel cōmētaria ſcribo. cui⁹ diminutiuū ꝯmētariolū. Jtē Remini
ſcoꝛ ē recoꝛdoꝛ. Jtē. Proficiſcoꝛ iter facio. a quo ꝓfectio ꝓ itinere deri-
uať. Dicimus enī ꝓficiſci viam. i. iter facere. ꝓfecturi autē viam Her-
culi aut fauno ſacra facere ſolebāt. Jtē Nāciſcoꝛ acquiro ƀcat. ſi tamen
cū homīe iungať frequentiſſime capiter ꝓ inuenio. Cicero Eū tu hoīeꝫ
teneto ſi quē eris nactus iſtis moꝛtis aut exilij minis. Ab hoc veteres
renanciſcoꝛ dixerunt ꝓ eo quod eſt repꝛehendo. Jtē adipiſcoꝛ ſił'r ƀcat
acquiro. veťes dixerūt appiſcoꝛ Lucillius magnam inde appiſcatus in
famiam. Quod ſi adipiſcoꝛ cum perſona iungať ƀt ꝑuenio. Cicero naꝫ
medio itinere eū adept⁹ amplexus ſiꝫ. i. cū medio itinere ad eū ꝑueniſſeꝫ
Jtē Indipiſcoꝛ ſił'r ƀt aſſequoꝛ. diciť etiā in actiuo indipiſco Plautus
neqꝫ ꝑtē tibi adeo indipiſces neqꝫ furem excipies, hinc indeptus a quo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

Intepto frequentatiuū. Uarro Nec partē aliquam inteptauit heredi
tatis. Et dī Adipiſcor a piſcor qđ ē piſces venor. a quo Expiſcor quod
ꝓprie eſt diligent vbi piſces latēt q̄ro. Itē a Pax dī paciſcor qđ differt
a trāſigo. nā Tranſigi ē pacē facere in re dubia. ⁊ lite incerta nec finita.
Sed paciſci ꝓo cū donatiōis cauſa rē certā ⁊ indubitatā liberalit̄ remit
timꝰ. Plautꝰ vero iuriſcōſultꝰ trāſacta finitaue intelligit. nō ſolūte q̇
bus ꝯtrauerſia fuit. ſed etiā que ſine cōtrauerſia ſint poſſeſſa. vt ſunt iu-
dicio terminata. trāſactiōe ꝯpoſita longo tp̄e ſilētio finita Ab hoc trāſ
acto. Itē ab Ira dī iraſcor a q̄ Iratus iracundꝰ. Iracūdia. differt q̃ʒ ira
tus ab iracūdo. Quia iratꝰ eſt q̇ ex aliq̄ re laceſſitꝰ excanduit. Iracūdꝰ
qui ex quacūqʒ etiā ꝑua cauſa mouet̄ ad irā. Sicut ebriꝰ q̇ nimio potu
alienatꝰ eſt mēte. Ebrioſus q̇ ſepe fit ebriꝰ. Sic ira ab iracūdia differt
ſicut ebrietas ab ebrioſitate. Illa enī cā. hec ex moribꝰ ſunt. Itē Que-
ror ē lamētor. nā lamētando q̄ res ſit q̄ nos angat explicare ſolemꝰ. Et
ſcribit̄ ſine diphtongo qr̄ ꝑmā corripit ⁊ ſic differt a q̄ror qđ eſt paſſiuū
a q̄ro. A queror deponēte fit queſtꝰ. i. lamētatio. qđ tm̄ in pl'i declinat̄.
cuiꝰ dtūs ⁊ abltūs. vt q̄ſtbuꝰ. qr̄ queſtubꝰ fit a quero. vt patuit. Et q̄re
la ⁊ q̄rimonia eiuſdē ſ̄ificatiōis. Queribundꝰ lamētabilis. Cōqueror eiꝰ
dē cū ſimplici ſ̄ificationis. Querulus q̇ conq̄rit̄ ſiue plenꝰ q̄relis. Item
Quidā diſtinguūt lamētor ⁊ q̄ror. vt lamētari ſit voce q̄rula ⁊ triſti ora
tione cladē ſuā teſtari. Sʒ q̄ri q̄ res ſit q̄ nos angat explicari. hinc La-
mentū ⁊ lamētatio. Itē Expgiſcor ab expgo qđ eſt ex ſomno ſuſcito vñ
expgiſci eſt ſua ſponte vigilare. Sʒ Expgeſcere aliū excitare. hinc Exp
giſcētia hoc ē vigilātia vl' actꝰ iure expgiſcēdi. Item Loq̄r ⁊ For faris
differūt teſte Uarrone. qr̄ fat̄ his q̇ primꝰ ſ̄ificabilē vocē ore emittit nul
lo verboꝝ ordine ſeruato. vñ pueri anteq̄ʒ id faciāt infātes dicunt̄. Loq̇
tur aūt his qui ſuo loco vnūquodqʒ verbum ſciēs ponit quare a loco di
citur. Hinc Loquentia. dū in cōpoſitione dumtaxat vſurpat̄. vt breui
loq̄ntia multiloquētia magniloquētia grandiloquentia ⁊c̄. Et loq̄um
q̄ſilr̄ in ꝯpoſitiōe vtimur dūtaxat. vt breuiloquiū mltiloq̄uʒſtultiloq̇-
uʒ ſoliloquiū ſoliloquus. Loq̄x. i. verboſus garrulꝰ. Loq̄citas ſtulta ⁊
⁊ inanis copia loquēdi. Loquutores ſunt leues ⁊ futiles nullo reꝝ pō-
dere innixi verbis humidis ⁊ lapſantibꝰ defluūt. hos linguaces dicimꝰ
Cōpoſita ſunt alloquor circūloquor ⁊c̄. Itē Labor ⁊ labo differūt. nam
labare ruere eſt ⁊ repente cadere Uirgilius Labat ariete crebro ianua.
a quo fit Labaſco. Therentius Labaſcit victus vno verbo. ⁊ habet pri
mam ſyllabam correptam. Reperitur etiam labaſcor. Uarro. Poſtq̄ʒ
vidi miſericordia labaſci mentem infirmam populi. Labor autem ver-
bum producit primam ſyllabam ⁊ ſignificat leuiter ⁊ ſenſim deſcendo.
Etiam dicimꝰ labi eos qui in lubrico figentes veſtigia in terram ruūt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

vnde aliquando lapſus pro ruina. Aliqñ tranſſumptiue eos qui vel a nimia infirmitate vl' impudentia deliquerunt lapſos nominamꝰ. Elabi quoqꝫ eſt periculū fugere. Lubricus quaſi labricus. Eſt autem lubricus in quo ꝗs inſiſtere vel ingredi nõ põt quin labať. Quales ſunt herbe ꝑfuſe ſanguine glacies cõgelata ⁊c̃. Labilis qui facile labiť. Labefacere labefactare cum cõpoſitis. Itē Ulciſcor ab vlcero ſiue vlcus qđ eſt dilanio. Et'ē Ulciſci vindicare. hinc vltio qđ ꝼcant vindictam. Item Ab Obliuio fit obliuiſcor qđ nouis ĩ mentē inductis. hoc eſt mēti oblitus vetera aboleńť. hinc obliuio ⁊ obliuioſus qui facile obliuiſciť. Itē Fatiſcor patuit in fateor. Sed fatiſco ꝼcat fari. Hiſco. id eſt abundanter aperior. Uirgilius Rimiſqꝫ fatiſcunt. Ponitur tamē aliqñ ꝓ deficio. vñ Feſſus non diciť a fatiſco ſed a fero. qꝛ feſſus diciť quaſi fatigatus quoniā ferendo homines fatigatnur. Et eſt nomē generale. Dicimus enī feſſus aīo feſſus corꝑe ⁊ feſſum rerum a fortuna venientiū Itē A ſecodiciť ſector ⁊ ſequor, eiuſdem ꝼcationis: hinc Inſector ꝑſequor cõſequor. aſſector comitor nõ itinere aut nauigatiõe. aut militia. ſed fere ꝑ Urbē Aſſecla. qui cõtinue aliquē ſequitur. Sequutor qui ſequiť Sequax trium generū quod ſignificat id qđ ſequiť vel qđ ſpargendo dilatat. Perſiꝰ. Quoꝝ imagines lambūt hedere ſequaces. Uirgilius. Sonitumqꝫ metumqꝫ miſcebant opere pediſſequus. i. famulꝰ pediſſequa ancilla. Odoriſſequꝰ canis qui odorem ſequitur. Aſſequor adipiſcor obſequor morem gero ⁊c̃ Itē Liquor idem ꝙ liqueo. vt in liqueo patuit. Item veſcor patuit in paſco.

Deponentalia quarte cõiugationis

Dat menſum metior: orſum
Ordior et paſſum patior poriorqꝫ potitum
Credo ꝙ exoſus verbo caret atqꝫ peroſus

Item decem ſunt deponentalia quarte coniugationis.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Hec ſex reglarit | Molior | molitusſm | potior | itusſum |
| | partior | itusſum | mentior | itusſum |
| | blandior | itusſum | ſortior | itusſum |

| | | |
|---|---|---|
| hec qttuor irrglr | Experior | expertusſum |
| | ordior | orſusſum l' orditꝰ ſum |
| | metior | menſusſum |
| | orior | ortusſum |

Circa vocabula

Itē hec tria orior morior potior ſunt ꝼcie vl' qrte ꝯiugatõis. Tñ orior ⁊ potior ſepiꝰ qrte. Sed morior ſepius tercie. ⁊ habet mortuusſum. Hinc moriturꝰ irregulariter ⁊ aborior oriturus irregulariter

Itē A Moles qđ eſt res mag̃ magniqꝫ põderis dꝛ molior qđ ꝼt vl' ingenio vl' corꝑe moueor ad aliqđ agendū. ⁊ ꝑ varitate appoſiti varie

exponit᷑. Etenī molliri claſſez ē parare. Uirgi. Claſſemqꝫ ſub ipa antā
dro ⁊ phrygie mollimur mōtib⁹ ede. Molliri itē eſt ꝑagere. Jdē Da-
tūqꝫ molit᷑ iter. Moliri habēas eſt gubernare. Jdē ⁊ manib⁹ molit᷑ ha
bēas. Moliri inſidias ē meditari. Apulei⁹ Dū mihi moliunt᷑ inſidias
moliri arcē eſt edificare. Uir. Moliriqꝫ arcē ⁊ māib⁹ ſubuoluere ſaxa
vn̄ fit Demoliri qđ eſt diruere. Cicero demoliri ea q̄ꝝ altitudo officeret
auſpicijs. Et amoliri expellere ſubmouere. moliri etiā ſimpl'r poſitū in
uenire ē. Plaut⁹ aliq̄d moliar q̄ me h̄ diſcrimīe liberē. h̄ etiā machina-
ri a grecis dī. Aliqn̄ moliri paſſiue accipit᷑ ꝑ retardari. Lucilli⁹ muli-
tamur molimur ſubducimur. hinc fit molimē ꝓ eo qđ eſt molimur. Et
Molimētū ꝑ conatu. Emolimētū vtilitas quā ex opa ⁊ labore ⁊ vt di
cā ex molimīe nr̄o aſſequimur. ⁊ Molitio demolitio q̄bus auctores fre
q̄nter vtunt᷑ ⁊ mola de quo ſupius. Jtē a ꝑs fit ꝑtior vl' ꝑtio qđ eſt ꝑtes
facio ⁊ q̄ſi diſtribuo. Uirgi. Et ſocios ꝑtit᷑ in oēs. Jmꝑtio qđ ē impleo
vl' ꝑtio Cicero. Huic rei aliq̄d tpis imꝑtias. Aliqn̄ mutata ꝯſtructio
ne repit᷑. Therēti⁹ Plima ſalute ꝑmenonē ſuū imꝑtit gnato eo mō q̄ di
cim⁹ dono tibi hunc equū. ⁊ dono te hoc equo. huius paſſiuum imꝑtior
vel eſt deponēs. hinc Partiarius. id eſt colonus. vel alius quiſquis qui
fruges fructuſue ſiue aliud op⁹. vtputa calcē lateres vel tegulas cū dn̄o
eque ꝑtitur. Departio vel or. Bipartio vel or. Tripartio vel or. Qua-
dripartio vel or. Quinqꝫpartio vel or. a quibus biꝑtita negotia tri
partita ⁊ quadripartita. Partitio. i. diuiſio in partes. Item Blandi-
or aſſentor ⁊ adulor differunt. vt in ſentio patuit. Hinc a blandior blā
dus blande blandiculus blandicellus diminutiuū qui tactu vl' aīo adu
latur vnde Blandicella verba blāde blandicule aduerbia Et compoſi-
tum ſubblandior Blandicus qui blande loquit᷑. Blanduſia babinēſis
agri regio in qua fuit ager Horatij poete Jtē a Potis fit potior quod
eſt aliquādo teneo quaſi in poteſtate habeo. Aliqn̄ obtineo ⁊ in ꝑtātem
vendico. Jn pmo ſcato fere ſemꝑ gtm̄ requirit vt lacedemonij rerum
diu potiti ſunt. i. rerum imperium diu obtinuerunt. Jn ſecundo frequē
ti⁹ hꝫ ablatiuū. vt potit⁹ ſum victoria. potitus ſum amica h̄ eſt pugnā
do vel laborando obtinui victoriam vl' amicam. Aliqn̄ etiam potior ꝓ
fruor accipit᷑. Cicero. Qđ ſ hꝫis voluptatibus bona etas fruitur liben-
tius primū ꝑuulus fruit᷑ rebus. deinde his quib⁹ ſenectus etiā ſi nō ab-
unde potit᷑ nō omnino caret. Pro eodem poſuit fruitur ⁊ potitur. Jtē
a mente dicit᷑ mentior qđ eſt cōtra id qđ in mente ē loquor. differtqꝫ ab
eo qđ eſt mēdacium. Dico nā qui mentit᷑ nō ipſe fallit᷑ ſed alium falle-
re conatur q̄ vero mēdaciū dicit ip̄e fallit᷑ cum credat ſe veꝝ dicere. vn̄
Nigidius dicit. Uir bonus preſtare debet ne mentiatur prudens ne
mendacium dicat idiuma mente deducitur. Hoc a menda quod

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

errorē ꝑcat vñ mēdoſuȝ librū dicimꝰ plenū errorībꝰ. Et emēdo corrigo
a quo emēdatus emēdator mendax proprie qui non mentiꝛ ſȝ q̇ ꝑ erro-
rem frequenť dicit mēdacium Itē a ſors diciꝛ ſortior qḋ eſt ſortes facio
ſiue ſortes recipio ſeu per ſortē aliq̇d decerno vľ eligo hinc ſortilegi q̇ ꝑ
ſortem futura pronunciant hinc ſortilegiū. Item ab ore fit ordior ordi-
ri em̄ proprie ē fari incipere! Virgilius Veneris contra ſic filius orſus
vnde exordium principiū or̄onis A quo exordior verbū poniꝛ ꝓ ſimpl'r
incipere Actius non paruā rem ordibor ne retice obſecro vñ ⁊ veſtis ex
ordiri diciꝛ cū inſtruiꝛ detexenda ex q̇ exordiū pr̄icipiū. Virgiliꝰ Quo
nam reginā abire furētez. Audeat affatu que prima exordia ſumat hic
redordior qḋ eſt rurſus incipio ⁊ ſubordior incipio veteres etiam ordio
ſcripſerūt. Afraniꝰ A ſpecta tñ aīo me ordire oportet paulū. Itē orſuȝ
aliqñ poete pro eo q̇ finit abuſiue poſuerūt Virgilius Sic iuppiť or-
ſus. Itē ab ore etiā fit orior qḋ ē naſcor quaſi ex ore prodeo. Interdū eſt
ſurgo ꝓdeo vñ oriri ſolem dicimꝰ a quo ortꝰ q̇ ſurrexit aut ꝓdijt vt ſol or
tus vel eſt natus oriundꝰ q̇ non ꝑt natum ſed qui originē ducit ex eo lo
co ex quo parentes eius fuerunt. Sed ortus ſubſtātiuū ꝑt natiuitatem
vel ſurrectionem vt ortus ſolis vel locum in quo ſurgit vñ ab ortu ſolis
dicimus vſqȝ ad occaſum hinc etiam origo qḋ genus ꝑt originalis. Et
cōpoſita vt adorior aggredior oborior ſuborior eiuſdem fere ꝑcatiōis .i.
ſubnaſcor exurgo. Itē Experior ab ātiquo verbo perio ſiue pario qḋ ꝑt
experientiā habeo: Virgilius Vos ⁊ cyclopea ſaxa expti reuocate aīos
Aliqñ ꝑt intelligo ſentio. Therētiꝰ nā fuiſſe erga me miro ingenio exp
tuſſum. Aliquando tento inde exptum ꝓ intentatum. Virgiliꝰ ne q̇d
inexptum fruſtra moritura relinquat. Expti dicunꝛ periti. Expientia
vſus doctrina. Expertes vero ignari rudeſqȝ ⁊ nullam rez experientiaȝ
habentes. Etiā expertes dicunꝛ q̇ non ſentiunt vñ expertē doloris di-
cimus q̇ non ſentit dolorem. Expertem mortis q̇ non moritur. Sil'r
aperio opperio per duplū pp Sicut operio per p ſimplum ⁊ ſignificat
expecto ⁊ quaſi partum differo. Plautus manendum atqȝ hic operire
Item Metior ſignificat menſuro ⁊ a greco deduciꝛ qḋ eſt μετεω vñ
metruȝ apud nos mēſura vocaꝛ. Et qm̄ menſuranť verſus a nr̄is dicun
tur metra metreta vas ad menſurandum quod ⁊ ſextarium dicitur me
tiri etiam aliqñ eſt traſmeare. Virgilius Inuicto bipeduȝ curſu metiꝛ
equorum a quo menſores agrorum diffinitores demenſum eſtimatum
equatum ad menſurandū dicimꝰ hinc menſuro eiuſdē ꝑcatiōis mēſura.

Verba com-munia | Largior experior veneror moror oſculor hortor
Criminor amplector tibi ſunt communia lector
Et bene ſi numeres interpretor addere debes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

¶ Itē Uerbū coīe ē qđ terminat̄ in oꝛ. ꝛ nō dimittit r ꝛ cū hoc hꝫ acti
uam ꝛ paſſiuā ſcationē. Itē Nota ꝙ deponentia accm̄ regentia ſcant
actiue in oībꝰ pſonis ꝛ paſſiue in tercijs pſonis hinc vident̄ coīa vt lu
croꝛ denariū denarius lucrat̄ a me: ¶ Itē Quedā deponentalia ſcāt ac
tiue ꝛ paſſiue in oībus pſonis ꝛ illa ſunt vera communia vt ſoloꝛ te ſoloꝛ
abs te comitoꝛ te comitoꝛ abſte ꝛc̄.

Hec nouē ſm vſum

| | | | |
|---|---|---|---|
| Largioꝛ | largituſſum | moroꝛ | atꝰ ſum |
| Ueneroꝛ | atuſſum | intꝑtoꝛ | atꝰ ſum |
| Oſculoꝛ | atuſſum | experioꝛ | ertus ſum |
| Hortoꝛ | atuſſum | āplectoꝛ | āplexuſſū |
| Criminoꝛ | atuſſum | | |

Circa voca bula

¶ Itē Largiri ē ꝓfuſe donare a ꝗ largitio expenſa q̄ fit ad aucupādū fa
uorē in petitione magiſtratuū. Et largitas ꝓfuſio large aduerbiū a quo
fit diminutiuū largiſcule largꝰ largiſſime. Itez veneroꝛ dicit̄ a venia ꝛ
oro qꝛ venerari dicit̄ q̄ſi veniā orare. Et ſt colere hic venerabilis q̄ cul
tu ꝛ veneratione dignꝰ ē Plyniꝰ. Uir grauis ꝛ ipſa nā ſenectute vene
rabilis. Idē ꝛ venerādus. Seneca vocē exiſtimatione dignā ꝛ omni ſe
culo venerandā poete veneratū q̄ꝫ aliquando ꝓ venerando ſeu venera
bili poſuerunt. Uirgiliꝰ Curſuſqꝫ dabit venerata ſacerdos veneratio ꝓ
honoꝛe ꝛ cultu ꝛ venerant̄ aduerbium. Quidā etiā venerabilit̄ vſurpa
runt. Itē ab oſculū diminutiuo ab os qđ ſcat baſiū qꝛ ex oꝛe ſculum faci
mus fit oſculoꝛ hinc oſculatoꝛ ꝛ oſculatio ꝛ exoſculoꝛ atqꝫ exoſculatio.
Sed quō drn̄t oſculū ꝛ baſiū patuit in os oris. Itē oſculo ꝓ oſculoꝛ an
tiqui ſcripſerunt. Titinniꝰ Illa rubra laudo qđ oſculā priuigne caput
Itē Hortoꝛ ab oꝛo ꝛ nihil aliud ē q̄ꝫ oꝛe ſuadeo. In hoc em̄ differt a mo
neo ꝙ monemꝰ autoꝛitate ꝛ cōſilio hoꝛtamur rationibꝰ ꝛ p̄cibꝰ etiā ple
rumqꝫ blandiendo. Therētiꝰ Ego te ꝓpterea ſedulo ꝛ moneo ꝛ hoꝛtoꝛ
ne cuiuſq̄ꝫ te miſereat. Ab hoc fit hoꝛtatio ꝛ hoꝛtenſius ꝓpriū nomē q̄
rhome oꝛatoꝛ inſignis ꝛ princeps in dicēdo longo tp̄e habitus: emulꝰ.
Ciceronis ꝛ q̄ꝫ diu ſecūdus vixit. Itē Cōpoſita ab hoꝛtoꝛ exhoꝛtoꝛ ſub
hoꝛtoꝛ eiuſdē ſcatiōis dehoꝛtoꝛ qđ ē diſſuadeo. Cohoꝛtoꝛ ſil' hoꝛtoꝛ hic
cohoꝛs ꝙ vel. tribuni cohoꝛtiuꝫ milites vel ipſi ſeinuicē cohoꝛtari ſole
rent ad ſe in re mlitari exercēdū Erant aūt in vna legione cohoꝛtes decē
Aliqñ etiam ſi ita vſus exigeret plures nunqꝫ paucioꝛes. Itez Crimi
noꝛ ſt accuſo ſiue cōtumelioſe repꝛehēdo. A q̄ criminatio ipſa vt ita di
cam cōtentioſa cōtumelia. Criminoſus cōtentioſus cōtumelioſus cri
minoſe. Crimen propie ſt id qđ ꝑ cōtentionē alicui obijcit̄. Uirgilius
diſijce cōpoſita pacē ſere crimina belli .i. cōtentiones ꝛ iurgia ex qbꝰ bel

lum oriť. Crimē etiā in bonā ꝑtē capiť ꝓ re egregia ꝑacta ⁊ ſic deſcēdit a cerno. Cicero hereditatē mihi negaſti obueniſſe vtinā hic tuū verū crimen eſſet Jtē moror ꝭt expecto ſic ⁊ demoror hinc mora expectatio: cuiꝰ diminutiuū morula Uir. Et tua ꝓgenies mortalia demoror arma. Aliqn̄ ꝭt morari detineri ⁊ in mora teneri. Quintilianꝰ Quid me pr̄ detines: q̄d moraris abeuntē: Jn qua etiā ꝭcatione remoror eius cōpoſitū frequentiſſime vſurpať. Apuleiꝰ Sic me abire oppido volentē ſuaui remorať illecebro a quo remores aues in auſpicio appellate que acture aliquid remorari cōpellūt. Et remeligo que remorať. Remora retardatio Lucilliꝰ. Que nam vox ex te reſonans meo gradu remoram faciet: Remorā etiam veteres dixerūt piſcē admodū paruū aſſuetum petris a remorandis nauibꝰ. Jtē morari aliqn̄ tardari ē vn̄ ⁊ mora ꝓ tarditate accipiť. Plautꝰ Cui mora ſemꝑ obfuit diligētia ꝓfuit. Jtem Cōpoſita a moror. Jmmoror eiuſdē ꝭcatōis cū ſimplici. Cōmoror ſiľ moror ⁊ ī eadē fere ꝭcatiōe maneo vſurpať vt patuit. Jtē Jnterpretari exponere Jnde Jnterp̄tatio expoſitio. Quidā etiam interp̄tamēta vſurparunt Gellius Ex q̄bꝰ diuerſa latine lingue interp̄tamenta collegimꝰ. Jnterpres ꝓprie diciť qui in aliqua re agenda mediꝰ ē ⁊ veluti conciliator ⁊ autor quod quaſi pres hoc eſt fideiuſſor inter diuerſos ſit. Uirgiliꝰ Tu q; harum interpres curarum ⁊ conſcientia iuno. Qm̄ vero huiuſmodi homines animos eorum quibus dati ſunt interpretes ſuſcitantur ⁊ inuicem illis exponūt factū eſt vt interpres ꝓ eo accipiať qui obſcura que q; exponit. Uirgilius Tronigena interpres diuum Jtem Experior ⁊ amplector in precedentibus expoſita. Hec Et de preteritorum ⁊ ſupinorum verborum omnium formatione ſufficiant.

**Scd̄m capitulum**

**Donatum ſequere per verba fruētia lege**

¶ Jtem Jn hoc capitulo duo fiunt vt coniugatio verborū anomalorum id eſt irregularium. Et verborum defectiuoꝝ coniugatio

**De verbis anomalis**

¶ Jtem coniugatio verborū eſt duplex. Regularis ⁊ irregularis. Regularis eſt quadruplex quia quattuor ſunt forme coniugandi vt apud donatum minorem patet ibi. Amo amas ⁊c̄. Sed Jrregularis eſt cuius tempora non formantur ad debitam normam ſiue donati regulam Et eſt duplex. Quedam coniugatione. Quedam ꝭcatione.

**De verbis anomalis cōiugatio ē**

**Dic duc fac dicis ⁊ que componis ab illis**
**Cum facit a vertit in i verbi regula ſeruit**

ꝑmo hec Dico dic dicat facio fac faciat cū cōpoſitis
q̄ttuor duco duc ducat fero fer ferat

¶ Jtem Compoſita a facio que mutant a in i formant regulariter vt inficio infice perficio perfice ⁊c̄.

In vi preteritum de ſe datā tempoꝛā quedam
Syncopat. hinc deme diſſyllaba qꝫ̄ fit inde
Inuenies noſti fleſti flaſti quoqꝫ ſciſti

Item Secundum Alexandꝛum et Priſcianum verba habentia vi in preterito coniunctim poſſunt ſyncopare hoc preteritum cum tempo ribus inde formatis. vt audijs pro audiui. petij pro petiui audieram au diſſem audierim audiero ⁊c̄. Item ab hac regula excipiuntur diſſylla ba que non ſyncopantur. quia non dicimus moſti pro mouiſti preter ſe quentia.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Hec diſſyllaba ſyncopātur | Noſco | noſti | Pro | nouiſti |
| | fleo | fleſti | | fleuiſti |
| | flo | flaſti | | flauiſti |
| | ſcio | ſciſti | | ſciuiſti |
| | neo | neſti | | neuiſti |
| | pleo | pleſti | | pleuiſti |
| | eo | iſti | | iuiſti |
| | queo | quiſti | | quiuiſti |
| | cio, | ciſti | | ciuiſti |

Itez quattuoꝛ ſunt verba anomala. vt ſum volo fero edo

Sum paſſiua notāt. ſed abeſt modus impialis
Dis dabis huic. ſed ades ex aſſuz ſume vl' aſſis
Sitis et eſte vide formabis cetera recte

Hic docet coniugare hoc verbum ſubſtantiuum irregulare ſum es ē quod clarius apud donatum coniugatur

Dat pn̄s pꝛimi fers fert fertiſqꝫ ſecundi
Pꝛeſens fer ferte ferto fertote futurum
Dat terni pꝛeſens ferrem ſocium ſibi iunges
Dat quinti ferre pꝛeſens eademqꝫ notate
Tempꝛa paſſiuo ferris ferturqꝫ notentur
Ferre dehinc fertur ferret ferriqꝫ ſequuntur
Ad moꝛem terne ferro cetera debet habere

Hic docet coniugare hoc verbum irregulare Fero fers fert et feroꝛ. quod clarius apud donatum habetur.

Dat volo vis ⁊ vult volumus vultiſqꝫ voluntqꝫ
Iuſſio deficiens capit ex optante ſupꝛemum

Dat primo vellem dat ſine velim modus optans
Hec ſocijs repete ſupremus dat tibi velle
Hinc ſinem demas per ternam cetera formas
Dic malo primum raro formare futurum
Iura teneri patris per cetera tempora dicis
Nolo patrem ſequitur tñ imperialis habetur
Noli nolite nolito tote futuro

¶ Hic docet coniugare hec tria verba volo malo nolo que ſunt irregularia ꝛ defectiua ſimul. Sed q꜡ volo clare apud donatũ ꝯiugat̃. non vero eius cõpoſita malo ꝛ nolo. Quare ea hic ab alexãdro ꝯiugare diſce

De cõiugatione hui⁹ verbi malo

¶ Itẽ indicatiuo mõ tempe pñti malo mauis mauult. in pl'i malum⁹ mauultis malunt. Preterito imꝑfecto malebaꝫ bas bat ꝛc. ꝑterito ꝑfecto malui iſti it ꝛc. ita regulariter ꝑ oĩa tpa a ꝑterito formata iuxta doctrinã alr̃i. futuro caret. Imꝑatiuo pñti cum ſuo futuro caret. Optatiuo mallẽ es et. alijs caret. Et eſt cõpoſitũ a magis ꝛ volo Regitqꝫ accñ cum ablatiuo vt malo virtutem auro

De Nolo

¶ Item indicatiuo preſenti nolo nonuis nonuult. In pl'i nolum⁹ nõuultis nolunt. Preterito imꝑfecto nolebam regulariter. Preterito ꝑfecto nolui iſti it. regulariter cum tꝑibus inde formatis. raꝫ ſem rim: ro ſe: futuro nolã es et Imꝑatiuo noli nolite In pl'i nolimus nolite nolint Futuro nolito. In plurali nolimus nolitote nolunto noluntote. In optatiuo nollem es et ꝛc ſicut volo. Item volo caret imꝑatiuo q꜡ imꝑatiuus modus eſt imꝑandi non volendi ſiue ꝑtendi

Es eſt ac eſſe dat edo dat cetera terne
Et plures edite dicunt plures tamen eſte
Es eſtur format paſſiuo ſic editur dat

¶ Hic docet ꝯiugare hoc anomalũ ꝛ grecũ edo es eſt dr̃ grecũ ꝑpter edo ꝯpoſitũ ab do qḋ ẽ latinũ ꝛ ꝯiugat̃ irregularit' ſicut cet'a a do ꝯpoſita

De cõiugatione hui⁹ verbi edo

¶ Itẽ Edo ꝑma breuis ꝓ cibũ cape ꝯiugat̃ irregl'r ſic Edo es ẽ. in pl'i edim⁹ editis edunt ꝛc. Imꝑatiuo mõ tꝑe pñti ede edat In pl'i edam⁹ edite vl' eſte edãt. Infinitiuo eẽ Preterito pl⁹ qꝫꝑfecto ediſſe. futuro eſũ vl' eſtũ ire vl' eſuꝝ vl' eſtuꝝ eſſe. In paſſiuo edoꝛ regulariter. Sꝫ edo cõpoſitum a do prima longa regulariter

Dat fio fierem fieri dat cetera terne
Extremum terni pñs dabit imperialis

¶ Hic docet ꝯiugare fio qḋ eſt verbũ ſubſtãtiuũ paſſiuũ. neutropaſſi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

uum: neutrum paſſiuū defectiuū. quia non habet fm vſum in pn̄ti indicatiui in pl'i fimus fitis. Et irregulare. qꝛ habt fierē p firē fieri p firi p

¶ Itē indicatiuo tpe pn̄ti fio fis fit. In pl'i fim⁹ fitis fiūt (dierefim

Preterito impfecto fiebā bas bat regularit'. p̄terito pfecto factuſſuz regularit' ſil'r in quinqꝫ tpibus a p̄terito formatis. Futuro fiā fies fiet ꝛc̄ regulariter. Preſenti impatiui fie fiat. In pl'i fiam⁹ fiete fiāt. Fututo fito ille In pl'i fiam⁹ fiunto vl' fiuntote. Cetera oīa habet ad modū tercie cōiugationis. Sed in futuro infinitiui factū iri. Quare fio ſecundum artem non eſt verbū anomalum

**Normam preterita ſeruant per anomala cuncta**

De anomalis regula

¶ Itē licet v̾ba anomala irregl'arit' formēt tempus pn̄s ꝛ tpa inde formata. Tn̄ preterita ꝛ tpa ei⁹ ſunt regularia. vt' ſcꝫ edo ſum volo fero cōiugent' irregl'arit' in pn̄ti ꝛ tpib⁹ inde formatis non tn̄ in preterito

¶ Itē inueniuntur anomala in n terminata quoꝝ numer⁹ nō eſt. naꝫ v̾bū ſcd̄e pſone poteſt cōponi cum interrogatiōe ne. ꝛ in cōpoſitōe e reijcere p apocopē. vt noſtin. i. noſti ne viden. i. vides ne. audiſtin. i. audiſti ne. et ſic apud comicos. ¶ Itē apud poetas īfinitiu⁹ v̾bi paſſiui pōt aſſumere er p paragogē. vt dicier. i. dici. audier. i. audiri. Prudenti⁹ Ardentiqꝫ iubet veſtier aſtro. id eſt veſtiri

De anomalis in n

De anomalis in er

**Exulo vapulo veneo fio quattuor iſta**
**Senſum paſſiui ſub voce gerunt aliena**

De verbis anomalis, ſignificatione

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Exulo | aui | atū | | warden yn eylāt geſant |
| vapulo | | | | werden geſlagen |
| veneo | iui | venū | Jck | werden verkofft |
| fio | factuſſum | | | werden gemaket |
| liceo' | vi | itū | | werde geachtz. ſꝫ liceoꝛ ye |
| nubo | pſi | ptū | | werden getruwet (acht |

**Cum verbum quod habet quarto caſu ſociari**
**Participans tempus dare preteritum videamus**
**Et careant illo, que non licet addere quarto**
**Preteritum verbi damus illis participantis**
**Nunqꝫ preteritum nunqꝫ vel raro ſupinum**
**Ambio cōpeſco poſco diſco tremo gliſco**
**Lambo vel lingo metuo timet vrgeo ſcando**
**Linquo vel ſugo paueo fugit horreo caluo**
**Mando vel ſcalpo cerno ſcabo conſociabo**

De v̾bis defectiuis ꝫ p̾mo de deficientib⁹ i participijs

De defícíē- tib⁹ í p̄terít ꝫ

Accuſatiuis poſſunt tamen hec ſociari

¶ Item verbuꝫ neutrale eſt duplex vt actiuū ꝛ abſolutū neutrale acti- uū regit accm̄ rei inanimate. habet terciā ꝑſonā in paſſiuo. ꝛ facit tria l' quattuoꝛ ꝑticipia. vt bibo vinū vinum bibit. bibēs bibiturus bibitus bibend⁹ p̄ter i textu poſita q̄ lꝫ regāt accm̄ tn̄ carēt ꝑticipio p̄teriti tꝑis q̄re defectiua. Sꝫ neutrale abſolutū nō regit obliquū. qꝛ ꝑfectū. i. ꝑfe- ctā facit ſnīaꝫ ſine obliq̄ nec hꝫ t'ciā ꝑſonā i paſſiuo ꝛ hꝫ niſi duo ꝑtici- pia qꝛ caret ꝑticipio p̄teriti tꝑis rōne cui⁹ dꝛ aliquo mō defectiuum

Dices de neutris ꝙ raro participantis
Seruant preterita: ſed multis adde ſupina
Dicqꝫ fere cuncta per rus formare futura
Inde tamen tollis ea que caruere ſupinis
Preteritum neutra dant hec deſuntqꝫ ſupina
In rus par ratio facit illa carere futuro
Eſtuo ſterto mico rudo ſtrido ſtrideo pſallo
Conquexi parco predictis annumerabis
Ut docui iunge preter ſex neutra ſecunde
Sex retinent neutra pla no ca va pa do ſupina

¶ Itē v̄ba neutralia abſoluta qꝛ carēt ꝑticipijs p̄tēiti tꝑis. tn̄ hn̄t ꝑti cipia fut'a i rus: ſi hn̄t ſupīa: q̄b⁹ ſi carēt etiā dictis ꝑticipijs carēt vt la ti⁹ in Alexādri ſecunda parte patebit.

Aio fiſto fero tollo ferio furo cerno
Ex his preterita negat vſus habere creata
Sumunt preterita ſumunt aliena ſupina
Et cum predictis ſum tu potes addere ſi vis

| | | | |
|---|---|---|---|
| hec ſꝫ vſū hn̄t p̄terita accōodata | Aio | dixi a dico | Siſto ſtatui a ſtatuo |
| | Fero | tuli a tollo | tollo ſuſtuli |
| | ferio | ꝑcuſſi | furo inſaniui |
| | cerno | vidi | ſum fui a fuo |
| | meio | minxi a mingo | |
| | inquio | dixi | |

Itē ꝯpoſita a ſido (qd̄ carꝫ p̄tēito ſupīo) hn̄t p̄tita a ſedeo vt iſidio iſedi

Audeo cum ſoleo fio quoqꝫ gaudeo fido
Quinqꝫ puer numero neutropaſſiua tibi do

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

Prandeo cum mereo predictis annumerabis

| | | |
|---|---|---|
| | audeo | auſuſſum |
| | ſoleo | ſolituſſum |
| | fio | factuſſum |
| | gaudeo | gauiſuſſum |
| | fido | fiſuſſum |
| Hec neutropaſ | prandeo | pranſſuſſum |
| ſiua q2 ſ b voce | mereo | meſtuſſum |
| neutrali p̄terito | ceno | aui vel atuſſum |
| rū paſſiuoꝝ hn̄t | iuro | aui vel atuſſum |
| | poto | aui vel atuſſum |
| | nubo | pſi nuptuſſum |
| | quieo | quieui quietuſſum |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | Operior | operui | ſtringor | ſtrinxi |
| Hec neu | mereor | merui l' merituſſū | extergor | extersi |
| tripaſſiua | diuertor | diuerti | lauor | laui |
| | liceor | licui | | |

¶ Item collige ex textu predicto q̄ verba neutralia ſunt quintuplicia Primo neutralia actiua. Secundo neutralia abſoluta. Tercio neutro paſſiua. Quarto neutripaſſiua. Quinto neutrapaſſiua quorum diſtinctio ſatis patet ex textu predicto.

De defficiē-tib⁹ in pn̄ti ꝛ ſuis tpib⁹

His duo ſunt odi noui cepi meminiq3
Que retinent ſenſum preſentis preteritiq3
Que formantur ab his pariter ſenſum duplicabunt
Datq3 memento re memini dedit ante memento

¶ Item hec quattuor defectiua. Odi cepi memini noui ſunt preſentis ꝛ preteriti temporis: tamen ſolū coniugātur in preterito ꝛ temporibus inde formatis: tn̄ memini etiā habet in impatiuo memēto et memētote

De paſſiuo a do

Ex do paſſiua niſi dor ſolum lego dicta

¶ Itē do hȝ oīa tpa tā in actiuo q̄ȝ paſſiuo p̄ter p̄mā pſonā dor preſentis indicatiui p̄ter in cōpoſitis vt dicim⁹ venūdor venunder ꝛc̄.

De forem

Tempa terna forem dabit ꝛ fore cetera ſperne
Rem dat res ret rent remus caret atq3 foretis

¶ Itē forē indicatiuo ꝛ impatiuo caret. Optatiuo mō tpe pn̄ti ꝛ p̄terito impfecto forē fores foret. i. eſſem eſſes eēt In pl'i forēt. Cōiūctiuo caret. Infinitiō pn̄ti fore aliȷs caret. eodē mō ꝯpoſita. vt affore defore pfore. Tn̄ faciūt pticipia i rus a fore futur⁹ pfuturus affuturus



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

De queſo explicit iſit iquit inq̄o

Queſumus ex queſo retinens nil plus dare quero
Explicit expliciunt dic infit inquit ⁊ inquam
Tantum preſentis ſunt temporis infit ⁊ inquit
Nil plus inueni nec ab inquio dicitur inquit
Hoc defectiuum verbum ſed dicito ſolum
Inquam preſentis eſt ⁊ quandoqꝫ futuri
Inquio quis inquit pluralis imus dabit vntqꝫ
Am tantum dicunt es ⁊ donare futurum
Et preſens inque nil plus vult vſus habere

¶ Item hoc verbū q̄ſo: ē. maxime defectiuū q꞉ nō hꝫ plus q̄ꝫ queſumꝰ.
¶ Item Explicit non habet niſi expliciunt.
¶ Item infit ſolum eſt preſentis tempòris inquit eſt preſentis ⁊ preteriti. venit ab inquio. Inquam preſentis preteriti ⁊ futuri. Boetiꝰ Sepe vt ſcis inquam .i. dixi. ¶ Itē indicatiuo preſenti inquio quis quit In plurali inquimus inquiunt caret ſecunda perſona. Item omnibus p̄teritis caret. futuro ĩquā inq̄es: pl'i caret ĩpatiuo in q̄ oibꝰ aliȷs caret.

De auſim aue ſalue vale

Is it declines auſim pluraliter auſint
Deqꝫ vale quidam dixere valete valeto
Atqꝫ valetote quidam dixere valere
Sic formatur aue nil plus poteris reperire
Proceſſu ſimili ſalue formare decebit

¶ Itē In futuro optatiui ⁊ p̄n̄ti cōiuncttiui auſim is it in pl'i auſint/ Sed cōiunctiuꝰ ſepe pro indicatiuo ĩdo auſim in p̄n̄ti indicatiui reperitur vt nullo pacto auſim hoc facere .i. non audeo.
¶ Itē Impatiuo mō tp̄e p̄n̄ti aue ſalue vale in pl'i auete ſaluete valete in futuro aueto ſalueto valeto. In pl'i auetote ſaluetote valetote ſm artem. Item in infinitiuo auere ſaluere valere ſm artē. Horatiꝰ Urbis amatorē fuſcū ſaluere iubemus. Itē Reperiunt habere futuꝝ ĩdicatiui saluebis valebis. Martial' Cū mihi piguis erit turtur lactuca valebis

De aio

Aio dic is it ,unt plurali ſociabis
Sic per preteritum lector diſcerne ſecundum
Inuenitur ai per preſens imperatiui

¶ Itē Indicatiuo mō tp̄e p̄n̄ti aio ais ait in pl'i aiūt p̄terito impfecto aiebā bas bat. baimꝰ batis bāt. p̄terito pfcō ai aiſti ait ĩ pl'i aiūt vl' ĩ pteri

to ĩperfecto aibã vt q̊b⁹ irã te aibã ortũ locis ĩ ĩpatiuo aiat alijs caret.

De faxo ⁊ cedo

**Et faxo faxis faxit dic ⁊ cedo pro dic**

¶ Itẽ faxo is it. In pl'i faxũt. i. faciam as at faciãt ⁊ ſic ſolum in futu-ro optatiui. Ouidius fallat eum faxo i. faciã. ¶ Itẽ Cedo in ĩpatiuo ꝑ dic in pl'i ꝓcedite ⁊ ſic priorẽ corripit. Sed cedo is ꝓducit eam vñ pro dic dico cedo cum dono locum tibi cedo.

De meio

¶ Indicatiuo Meio meis meit. In pl'i meiunt. preterito imperfecto meiebam bas bat bamus batis bant. futuro meiam. imperatiuo meiat. In pl'i meite meiant. In preſenti coniunctiui meiat in ĩfinitiuo meire

De ſodes

¶ Item Sodes ſecunda perſona preſentis indicatiui. i. audes. Therẽ-tius dic ſodes. Sed aliqui dicunt ſodes eſſe aduerbium hortandi vl' no-men indeclinabile pro ſodalis.

De apageſis

¶ Item Apageſis verbum ſecunde perſone fututi optatiui apageni optatiuo. In plurali apagite id eſt ſta in pace. Therentius Mi homo ne formidoloſus ſis apageſis.

De ꝓhibeſis

¶ Item Prohibeſis ſecũda perſona non habens plura tempora id eſt prohibeas. Plautus Queſo prohibeſis.

De capeſis

¶ Item Capeſis ſecunda perſona id eſt ſi vis.

De ſiem

¶ Item In futuro optatiui ⁊ preſenti cõiunctiui ſiem ſies ſiet. In plu-rali ſiemus ſietis ſient id eſt ſim ſis ſit ſimus ſitis ſint vnde. Marcus Cato de bobus ⁊ ouibus nutriendis habentibus frondem populeam. vlmeam querneam ficulneamqꝫ vſuſqꝫ dum habebis. Ouidius fron-dem viridem vſqꝫ dum habebis prebeto vbi ſementem facturus eris ibi oues delegato frondes vſqꝫ ad pabula matura dato. Pabulum aridum quod condideris in hyeme q̄ꝫ maxime conſeruato cogitatoqꝫ hyemis q̄ꝫ longa ſiet id eſt ſit.

De arſeuerſe

¶ Item Arſeuerſe ſecunda perſona tantũ non habens plura tempora id eſt auerte ignem.

De apiforet

¶ Item Apiforet id eſt adeſſet nec plura habet tempora.

Capitulũ tercium de q̄tuor v̈borum formis

**Quattuor in verbis ſunt forme**

¶ Item Forme in verbo ſunt quattuor vt perfecta frequen-tatiua. Inchoatiua ⁊ meditatiua. Item Forma in verbo eſt modus ſig-nificandi verbi. Item Perfecta forma dicitur primitiua quia non for-matur ab alijs: ſed alie ab ea.

**Preteritiſqꝫ**
**Dic inceptiuam meditatiuamqꝫ carere**
**Eſuriyt tamen inueniẽs ⁊ perturierunt**
**Ex verbis illas perfectis credimus ortas**

¶ Itẽ Verba ichoatiue forme ꝛ meditaue carẽt ꝑteritis duob⁹ excep
tis vt eſurio eſuriui vel rij ꝑturio ꝑturiui vel rij. Vt bti q̃ nõ ꝑturierũt
Et formantur omnia a verbis perfecte forme

De forma-
tiõe frequẽ
tatiue ſunt
tres regule

Queqꝫ frequenter agis etiam formantur ab illis
Atqꝫ prior ſit ei data declinatio verbi
Ex v ſupremi decet o formare ſupini
Sic curro curſo formabit nectoqꝫ nexo

¶ Pria ꝟba frequẽtatiue forme formant̃ ab vltimo ſupio mutãdo v i o
vt curro curſũ curſu curſo ab auditu audito. Et ſcãt idẽ ꝙ ſuũ ꝟbũ pfcẽ
forme cũ frequẽtatiõe vt curſo. i. frequẽt̃ curro ꝛ hec ẽ gñal̃ alie ſpẽales

Si tamen a longa ſit in illis ante ſuprema
Hanc in i mutabis formam ꝛ eam breuiabis
Sic rogo dat rogito ſic aptito fiet ab apto

¶ Scd̃a. ẽ de ꝟbis pme q̃ hñt atũ in ſupio. Et ẽ talis formãdo frequẽ-
tatiuũ a dictis verbis mutab a i i ꝛ v in o vt a rogatu rogito. a volatu vo
lito. Ab hac regula excipiũt̃ monoſyllaba vt a datu dato. a natu natare

Sed ſi perfecti ſit preteritum retinens gi
Tunc ex perſona preſentis deme ſecunda
S ꝛ to iungas legito ſic ex lego formas
Sciſcitor ꝛ ſcitor dices ꝛ querito ſector

¶ Tercia ẽ de verbis tercie cõiugationis habentib⁹ gi i ꝑterito. Quia
tũc frequẽtatiuũ format̃ a ſcd̃a perſona pñtis temporis indicatiui mo
di deponẽdo s ꝛ addẽdo to vt a legis legito. ab agis agito. ¶ Itẽ Exci-
piũt̃ hec ſciſcitor a ſciſco citor a cieo q̃ritor a q̃ro ſector a ſeq̃r. fluito a fluo
pluito a pluo tũdito a tũdo tutido a tõdo vellico a vello. tuto vl̃ tutor a
tuor noſcito a noſco qꝛ oĩa formant̃ irregularit̃. ¶ Itẽ Nõ frequẽtati-
ua formant̃ qñqꝫ a ꝟbis carẽtib⁹ ſupinis vſitatis, vt a lateo latito a pa-
ueo pauito ab egreo egroto a luceo lucito. ¶ Itẽ ꝟba frequẽtatiue forme
ſp ſt̃ pme ꝯiugatõis ꝛ hñt tres t̃miatões vt to ſo xo vt volito curſo nexo

De forma-
tiõe ichoati
ue forme

Hanc inceptiuã formam veteres poſuere
Co cum perſona preſentis iunge ſecunda
Verbi perfecti decet hinc exemplificari
Ferues ferue ſco dat norma tepeſqꝫ repeſco
Sed dices hiſco cum regula formet hiaſco
Hanc declinari faciet tibi tercia verbi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

¶ Itē Uerba inchoatiue carēt p̄teritis ⁊ ſupinis t̄minant̄ in ſco ⁊ for-
mant̄ a ſcd̄a ꝑſona pn̄tis tp̄is indicatiui modi ꝑ additionē co vt a fer-
ueo ferues feruesco labo labaſco ⁊ omnia ſunt tercie coniugationis.
¶ Itē Uerba inchoatiue forme ſ̄cāt id qd̄ ſua primitiua cū q̄dā ichoa-
tione tn̄ non exponentur per hoc verbum inchoo ſed ꝑ hoc verbū fit vt
egreſcit .i. egrior fit vt qui ſordet ſordeſcit ad huc maria incipiunt tume-
ſcere agitata. Itē ab hac regula excipitur hiſco a verbo hio as are.

Dē formatiōe meditatiue forme

In meditatiuis fiet formatio talis
Uerbi perfecti ſupremum pone ſupinum
Parturio facere fit debes eſurioqꝫ
Et finem breuia cum quo rio fit ſociata
Uerborumqꝫ data ſit declinatio quarta

¶ Itē Uerba meditatiue forme carēt p̄teritis ⁊ ſupis p̄ter eſurio eſuri-
ui p̄turio p̄turij. Et t̄minant̄ in rio: formant̄qꝫ a poſteriori ſupio corri-
piēdo v ⁊ addēdo rio vt a partu p̄turio a lectu lecturio. Et ſ̄cant idē qd̄
verbū p̄fectū cum meditatiōe vł deſiderio. Et ſunt quarte coniugatiōis
¶ Item Nota dicitur notāter a poſteriori ſupino propt̄ v̄ba nō medi-
tatiue forme q̄ nō formant̄ a poſteriori ſupio tn̄ dictis ſunt ſilia vt pru-
rio ligurio luxurio ſcaturio. Et hec verba corripiūt v in oib⁹ perſonis.

Ab alijs ad huc reperiūt̄ q̄ttuor forme verborum

Imitatiue Forme ſunt illa q̄ id ſ̄cant qd̄
ſua primitiua cum imitatione quadam ⁊
terminantur in ſo a patre patriſſo a greco
greciſſo. a matre matriſſo vel matrizo qꝛ
z valet duplū ſſ: tn̄ nō oīa in ſo ſunt hui⁹
forme vt bōbiſo mlieriſo: pueriſo ſtultiſo.

Deſideratiue forme verba ſunt q̄ deſideriū
importāt cum ſuis p̄mitiuis .i. ſ̄cant p̄cu-
pere ire ad rē p̄mitiui ⁊ in ſo t̄minant̄ vt
viſo .i. vado ad videndū reuiſo parentes .i.
ibo ad videndum parentes. Tamen ſepe
poni ſolent pro p̄mitiuis vt viſo .i. video.

Uerba Diminutiue forme ſunt q̄ id ſ̄cāt
qd̄ ſua p̄mitiua cuꝫ q̄dā diminutiōe ⁊ ter-
minant̄ in lo vt ſorbillo .i. paruꝫ ſorbeo. a
caluo cauillo a bibo bibillo. a dormio dor-
millo. Nō tn̄ oīa in lo ſunt hui⁹ forme.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

Ab alijs adhuc reperiunt q̃ttuor forme verbor.

Verba apparitiue forme ſunt illa que ſignificant apparitionē rei ſui primitiui ⁊ terminant in co deſcenduntq; aut ab actiuis et paſſiuis a ſecundaperſona preſentis tēporis indicatiui modi vltimam ſyllabam mutando in i correptam et addita co. vt a vello vellis vellico. a fodio fodis fodico ab albo albico. Horatius. Nec canis albicant pruinis

Item nota verba Imitatiue apparitiue ⁊ diminutiue forme ſunt prime coniugationis. Sed deſideratiue tercie.
Item nota omnia verba cuiuſlibet forme poſſunt pōni pro perfecto ſiue primitiuo

Finis iſtius Prime partis ſiue Medulle Auree.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
170 G 54